



**D. Ioannes Evangelista. Rodolphi Gwaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Ioannem Homiliæ
CLXXX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1568

VD16 W 1038

10. Christvs vt est pastor verus, sit ianua vitæ est, Vox cuius veras vnica ducit oues. Est Deus hic idem: lapides rapit impia turba, Attamen illæso corpore Christvs abit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71827](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71827)

et remissionis peccatorum autorem, improbe fastidiunt, inhaeret ipsis peccatum perpetuo. & (vt Baptista ait) manet super ipsos ira Dei, quae per peccatum in mundum introgressa est. Et haec ferè sermone est hypocritarum simul & eorum, qui incurabili malitia in sceleribus pergunt. In horum ergo consideratione diligenter versetur fratres. Apparuit nobis aeterna veritatis lux, quae superstitio- num & peccati tenebras discussit. Ambulemus igitur in luce ista, ne nos tenebrae rursus occupent, & grati simus Christo Iesu redemptori nostro, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

CAPVT X.

Amen dico uobis, qui non ingreditur per ostium in caulam ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Qui autem ingreditur per ostium, pastor est ouium. Huic ianitor aperit, & oues uocem eius audiunt, & proprias oues uocat nominatim, & educit eas. Et cum proprias oues emisserit, ante eas uadit, & oues eum sequuntur, quia norunt uocem eius. Alienum uero nequaquam sequuntur, sed fugient ab eo: quia non norunt uocem alienorum. Hanc parabolam dixit eis Iesus: illi autem non cognouerunt quae essent ea, quae loquebatur eis.

MNES quidem gentes unanimi consensu statuerunt Deum esse, qui summam in creatu- ras omnes potestatem habeat. & qui se a nobis coli uelit, suosque cultores bonorum suorum atque aeterna felicitatis consortes facere decreuerit. Dissensionis autem argumentum fuit omnibus seculis, quis nam ille Dei populus sit, qui ueram illius colendi rationem ab ipso acceperit, & ad quem promissiones caelestium bonorum atque salutis pertineant. Nam olim sibi hanc gloriam gentes uindicauerunt, licet Deorum multitudine & prophetae sacris religionem omnem fœde corru- pissent. Eandem ad se pertinere putauerunt Iudei, tunc quoque, quando neque doctrinam legis puram, neque externum cultum integrum habebat. Hodie de hoc titulo Turcae, Papistae, Anabaptistae, Libertini & infinita alia sectarum examina cõtendunt. Et ab aduersarijs nostris nos hoc nomine potissimum ac- cusamus, quod a populo siue ecclesia Dei secessionem fecerimus. In tanta ergo contentione & opinionum diuersitate plurimum prodest, imò necesse est, ueram & certam ecclesiam Dei notitiam habere, cui nos coniungi oporteat, ne falsam sequendo a salute prorsus excidamus. Tradit hanc luculenter Do- minus noster Iesus Christus in concione sequenti, quam ipse, quae nuper dicta sunt, comode subiicit. Di- xerat enim se ad iudicium uenisse, ut qui non uident, uideant, & qui uident, caeci fiant, simulque pha- risaeos & sacerdotibus uoluntarie accusauerat, quae ipsis exitium esset allatura. At uolebant illi uina cum scribis & sacerdotibus ueri ecclesiae antistites atque pastores haberi, & indigni ferebant, quod nonnulli ipsi uelitis Christum sequerentur, & (ut nuper uidimus) in eius sectatores excommunicationis pœ- nam decreuerant, quia haud dubie multi terrebantur, multi etiam paucitate fidelium offendebantur. Igitur concionem istam Iesus Christus habet, quae & personarum illis pastoribus laruam detrahitis, & scandalum omne e medio tollit. Ordo autem totius concionis hic est. Primò parabolam proponit sum- ptam a re pastorali, quae inter ueros & falsos pastores, adhaec inter ueras quoque, oues, id est uerè fida- les et hypocritas discernere docet. Deinde parabolam hanc sibi accommodat, & se probat uerum gre- gis dominici pastorem esse, quem omnes sequi debeant, qui inter uera ecclesiae membra cense- ri uelint. Ita uerè ista proponit, ut simul omnem nostrae salutis rationem paucis comprehendat. In praesenti parabolam inspicimus, quae ueri & falsi pastoris notas infallibiles continet.

Vetus est de thulo ecclesiae contentio.

Pharisaeos & sacerdotes ostendit falsos esse pastores.

Quia uero concione hanc aduersus pharisaeos & sacerdotes instituit, qui pastores dici uolebant, falsi pastoris descriptione oritur, ut quales illi sint omnes intelligant, & graui cum assen- sione ad ipsos sermonem dirigens ait: Amen amen dico uobis, qui non ingreditur per ostium in caulam

cuium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Quia verba ad hunc modum proceduntur. Vos quidem, etsi caci reuera sitis, attamen pastores & antistites ecclesie haberi vultis, & illi vestri ordinis splendor multos detinet, ne a vobis discedant. Sed qui nam & quales sint, per factis indicat. Quisquis non per ostium in caulam seu ouile ingreditur, sed aliunde sine per effractus, siue per fossam tectum irrepit, is reuera fur & latro est: At qui vos istud facitis? Ergo pastores veri, sed fures & latrones estis. Sumitur autem argumentum ex communi hominum consuetudine, qua fit, ut qui legitimum in aliqua domo aut loco imperium habent, aut res honestas ab illi veniunt, palam & omnibus videntibus per ostium ingrediatur: qui autem in aliena domo & aliena diripere volunt, ij vndiq; rimas & rupturas querunt, & clam irrepunt, ne a quocumq; apprehendantur. Qui mos obiter docet, furta & latrocinia communi omnium hominum consuetudine haberi, adeoq; ipsos fures & latrones istorum pudere, cum ea tanto studio calata cupiant. Quomodo autem debent qui in magistratu sunt, ne sublata legum seueritate, furandi & quidvis audaciter inducant, & perniciosa confusionis in repub. aurores sint: quae facile exoritur, si inanis illa licentia & impunitate abstergetur. Quoad vero causam praesentem, quod rectius intelligatur, ostium enim, verum & legitimum ecclesie doctorem siue antistitem significari omnibus dicitur, ratio est, quod fideles passim in scripturis oues dicuntur, cuius similitudinis ratio ista exponemus. Ostium autem, per quod in ouile venitur, ipse Christus est, sicuti in sequentibus, & eius dicti rationem Cap. 14. euidentem reddet, quando ait: Nemo venit ad patrem, nisi per me. Ostium vero tribuit ecclesie, ut sciamus, non cuius in illam accessum patere, nisi verum membrum sit. Et per Christum ostium verum & vnicum ingreditur, qui hunc seruatum ius mediatorem vnicum apud patrem agnoscunt, in illo vno omnem suae salutis fiduciam collocant, omnem iustificationis & salutis nostrae rationem huic vni acceptam ferunt. Sensus itaq; est, pastores, sed fures & latrones esse, quicunq; vel ipsi alias salutis vias sequuntur, vel alios ad Christum strahunt, dum longe alias ad Dei gratiam & salutis consortium vias monstrant, quam quae Christo nobis est patefacta. Et quamuis haec Iudeorum sacerdotibus atq; scribis dicatur, quae fuisse constat, hinc tamen certa & infallibilis nota debet colligi, ex qua impostores & falsos agnosceas. Quicunq; enim hoc fecerint, cuiuscunq; loci sint & ordinis, ijdem similes fures & latrones sunt. Fures quidem, quia suam Christi gloriam eripiunt, quam is se nemini daturus esse, apud Iudeos clamat, & quia sub religionis praetextu auditorum pecunias emungunt, adeoq; domus viduae & orphanorum deuorant, sicuti de Iudeorum scribis Christus loquitur. Latrones vero, idem simul animas occidunt venenata doctrina, dum a Christo abducunt, qui solus verba vitae accipit, & extra quem vita aut salus nulla inuenitur. Quo nomine Christus istorum templa quae non speluncas vocat. Docet ergo locus hic indicare de nostri seculi pastoribus. Vnde etiam pastoris titulum Romanus Pontifex, & pastores simul dicuntur, qui ab hoc ordinantur. Ergo parochi. At si videas qua omnes isti in ecclesie & salutis consortium ingredi conentur, non potest non intelligi. Nam relicto Iesu Christo, qui ostium est vnicum, ipsi Missam, indulgentias, Decretorum intercessionem, purgatorium, sunebria sacra, ieiunia, conductitias preculas, rosaria, candelas, processiones, luminaria, & sexcenta alia confinxerunt, quorum meritis salutem tribuunt, & per hunc modo in ecclesia sua locum relinquunt, qui isti rebus vacant, alios vero omnes hereticorum & infidelium loco habent, quotquot vno Christo contenti, per hunc solum ad thronum gratiae accesserunt. Sed non ostia modo noua, verum etiam scalas commenti sunt, sicuti altarium inscriptiones & priorum suorum denominationes restantur. Deniq; ecclesie suae parietes simul & tectum rariarunt, ut ostio certo non sit opus, quando vbiq; in illam patet introitus. Satis ergo oportet, ecclesie Dei pastores esse, nec penes se ecclesiam habere, sed columbarium postus & cunicularios, dum per omne genus superstitiones atq; ambages suos sectatores in eam recipiunt. Et quia Iesu Christi gloria partim sibi ipsis tribuunt, partim in creaturas transferunt, ad hoc Iudeorum traditionum toxica miscunt atq; propinant, quis non videt, quam proprie illi fures & latrones

Fures & latrones in ecclesia.

latronum nomen conueniat? Ferunt quidem indignissime, quod tales dicantur: At quia illos Christus sic vocat, alios nos dicere non possumus, quoad sui similes esse perrexerint. Eadem est omnium aliorum ratio, qui vel Mahumeticas superstitiones, vel Anabaptistarum deliria, aut Libertinorum fauores predicant, quasi illis vijs ad salutem perueniri possit. Quare etsi nihil aliud accedat, ex hac vna nota eos agnoscere possumus, quos nobis cauendos esse, scriptura passim monent.

Ceterum his veros pastores opponit, ut qui nam audiendi sint, videamus. Qui autem ingredi- tur per ostium, id est, qui in me credit, me unicam ad patrem viam agnoscit, & simul sue fidei commissis ad me vnum ablegat, inquit, vno me omnia monstrat, quae ad salutem eternam faciunt: is (inquam) pastor est ouium, verus nimirum, legitimus atq; fidelis, quem tunc sequi possitis. Id vero mox alijs quoq; notis atque indicijs probat. Primo, huic ostiarius aperit. Ostiarius dicit ecclesiae spiritum sanctum, eo quod is ministros sine pastores consecrat, & donis necessarijs instruit, ut huic muneri possit sufficere. Docet hoc Lucas, quando Pauli & Barnabae missionem ad gentes describitur Acto. 13. sic ait: Cum ministrarent Domino ieiunarentque, dixit Spiritus sanctus, Separate mihi Barnabam & Saulum in opus, ad quod eos aduocaui. Et Paulus Asiae episcopos dicebat: Attendite vobis ipsis & toti gregi, in quo vos Spiritus sanctus constituit Episcopos, &c. Quod etiam primitiuae ecclesiae mos referri potest, quae ministros praemis precibus publicis per sortes eligebat, nimirum ut spiritus sancti indicio proderentur, quos is huic functioni destinasset. Recte ergo per Ostiarium suae ianuae spiritus sanctus intelligitur, qui ut omnes pios in veritatis cognitionem inducit, ita neminem ad ecclesiae ministerium legitimum admittit, nisi qui per ostium, Iesum Christum ingreditur. Deinde, oues (inquit) vocem eius audiunt, non audire nimirum, nisi per Christum venire illum viderent, & in illo Christi vocem agnoscerent. Tertiò, & proprias oues vocat nominatim: Nonit ergo eas, & mutuas inter ipsum & illas consensus est. Quarto, educit eas, ad pascuam nimirum, quod proprium pastoris munus est. Quintò, cum proprias oues emisit, ante eas vadit. Fit hoc praeter communem morem, quo pastores ouium greges a tergo sequi solent, nimirum ut cunctantes impellant, & obseruent simul, ne qua subsistens vel aliò deuians amittatur. At pastor ille ecclesiasticus oues praecedit, quia has sponte securus nouit, cum vocem eius agnoscat, & ea vnicè delectetur. Et huius quidem meminisse voluit Dominus, ut ostendat sacerdotibus, non mirum esse, quod ipsum multi ex populo se ipsi coniungant, cum hoc ouium Dei proprium sit, quod pastore suum sequantur. Ceterum ut haec omnia Christo conueniant, suo loco videbimus, ubi ipse parabalam hanc sibi applicabit. Nunc obseruabimus, ut ista omnes deceant, qui legitimi ecclesiae Christi pastores censeri & esse volunt.

Vbi primum occurrit quod etsi per Christum quis ingressus, & ecclesiae membrum factus est, pastor tamen haberi non debet, neque potest, nisi iamior ad hoc munus ipsi aditum aperuerit. Opus ergo ante omnia donis necessarijs & legitima vocatione, ne ex eorum numero sit, de quibus apud prophetam quaeritur Dominus: Currebant, & non mittebam eos. Nam ut Paulus ait: Quomodo praedicabunt, nisi missi fuerint? Vtrumque vero spiritus largiatur oportet, cuius vocationem atque inflatum expectare debent: & qui id faciunt, ij ab illo se inungi, & donis idoneis liberaliter ornari sentiunt. Deinde, non sui capitis commenta, sed principis pastorum vocem proferant, quae ab ouibus agnoscitur & excipi possit. Nec enim parum fidei modo legati, verum etiam sacrilegi nebulones sunt, qui suppressi Christi verba sua somnia oberudunt, aut haec cum illo turpiter commiscunt. Tertiò, norint oportet oues suas, id est, sua fidei commissos homines: norint autem non de facie modo & nomine, sed illorum mores & ingenia per se habere, ut qua ratione singuli tractandi sint intelligant. Si enim hoc in equis obseruant, qui eos alunt, quanto magis istud in Christi sanguine redemptis ouibus obseruare debent, quos illarum cura spiritus sanctus praefecit? Est ergo inexcusabilis illorum negligentia, qui suarum ouium ne numerum quidem norunt, adeoque non obseruant, quamuis aliqua a grege decedant. Neg. hinc rem praestitu impossibilem requiri putemus, quando huius generis multa in rebus propheticis & externis fiunt. Norunt ouium, porcorum, iumentorum suorum numerum agricolae. Stellas cum suis moribus obseruant naucae. Innumerabiliu herbarum atq; aliorum simplicium nomina atq; vires discunt medici. Sexcentas leges recitare possunt periti iurisperiti. Instrumenta multa & varia ex ordine disponunt opifices, ut illa ad manum habeant. Et in historijs exempla sunt, quae docent, quan-

Verus pastor quis sit.

Ostiarius quis.

Veri pastoris officia.



tum studio & industria proficere possint, qui illa vti volunt. Mithridatē regē duarū & vtriusque
 tium, quæ eius imperio suberūt, linguas didicisse ferunt, vt sine interprete suos audire & allegari
 set. Cyrus omnium in exercitu suo quem numerosum habebat, militū nomina tenebat, vt sine interprete
 quemuis salutarer, et si opus erat nominatim quoq; ad vniuersū hortaretur. Pudeat ergo Christi
 stros à prophanis hominibus superari in re omnium maximè necessaria. Quare, in pascua eduan-
 lubria nimirū & lera, in quibus conscientie pacē & certā salutis fiduciam inueniant. Habent
 in solis sacris literis, quia hæc sola Christi tradunt, qui et panis viuus & fons aque viuæ
 de de illis rectè olim D. Ambrosius in Psal. 118, scripsit: Bona pascua sunt libri scripturati
 in quibus quocidiana lectione pascimur, in quibus recreamur & reficimur, cum ea que
 degustamus, vel summo ore libata frequentius ruminamus: His pascuis grex Domini
 & c. Ex his ergo doctrinæ & consolationes petant ecclesiarū pastores, neq; eos audiant, qui
 phorum lacunis, aut scholasticorū cisternis, aut putidis Monachorum fabulis & Sanctorū
 ista petere iubent. Quinto, precedant oues, doctrina nimirū et vita exēplo, ne dum illas per
 Dei dirigūt, ipsi ab ijs declinent, & corruptis moribus destruant, quod bene docendo adifican-
 monet de hoc grauius Timotheū suū Apostolus, sic scribens: Esto forma fidelium in sermone, in
 satione, in dilectione, in spiritu, in fide, in puritate. Et Titus idē sic precipit: Per omnia vestra
 formam bonorum operum in doctrina, integritate, grauitate, & c. Peccant in isto hodie
 rimi, qui quantum mali dent ecclesijs, omnes norunt. Porro dum pastoris esse ait Christus,
 preecat, simul eius propugnatorum & defensorē esse vult aduersus hæreses & tyrannos, vt
 dem gladio spiritus confodiat, ne quis seducatur, contra hos verò fidei consolationibus
 qui metu absorpti deficiant: sed nec ipse ecclesias propter pericula deserat, quando doctrina
 matione animorum quàm maximè opus est, qua de re infra pluribus dicitur, vbi ad merce-
 scriptionem venerimus. Nunc istud quoq; annotabimus, quòd que de ecclesijs pastoris
 ferè omnia ad magistratus politicos transferri possunt, quos olim potè populorum pastores
 Nam in istis quoq; vocatio legitima & ordinaria requiritur, ne tempus, vel malis artibus
 tyrannidem inuadant. Idem non sua placita, sed Dei iudicia pronuntiare, populum suum
 ter nouisse, amicè pascere & gubernare, & non legibus modò bonis, verum etiā exemplo
 hæc sua fidei commissorum corpora, fortunas & honorem tueri debent. Sed quia hæc alienis
 obiter attigisse modò sufficiat. Vide Psal. 72.

Ouium officia.

Nunc videamus, quid de ouibus dicat Dominus, vt discamus, quid eos facere conueniat,
 ra ecclesia Dei membra esse cupimus. Præcipuum hęc est, quòd pastorem suum sequantur, eum
 cem agnoscant, alienum verò non sequantur, sed potius fugiant. Dedit hunc sensum natura
 vt earum soliditati mederetur, quæ tanta est, vt sine pastore sibi ipsi prospicere aut conser-
 possint. Hunc ergo nobis quoq; inesse oportet, qui etiā ipsi omnes vt oues errauimus, & ipsi
 pastor datus esset, miserè perissemus. Agnoscamus ergo vocem eius, et sequamur illum, alium
 fugiamus & detestemur, & vt Paulus admonet, anathema putemus omnes eos, qui aliud
 predicant. Docet idem sponsæ parabola, cui aliàs in scripturis ecclesia conferunt. Vt enim
 sponsum audit, obseruat, sequitur, & illi vni placere studet, & nisi id faciat, turpis adu-
 ecclesia vnum Christum, qui verus animarum sponsus est, audit, obseruat, sequitur, am-
 soli obtemperat, odit verò & detestatur omnes eos, qui ipsam aliò abducere conantur. Vnde
 duo à fidelibus requiri. Primum est veritatis cognitio certa, sine spiritus discretione, pro
 sui vocem ab impostorum doctrinis discernere possint. Alterum, obedientia fidei & obsequi-
 dium, quod omnia totius vite officia completitur. Impij ergo & malitiosi seductores sunt, qui
 pliciter credere iubent, quasi fides ab aliorum autoritate dependens ad salutem sufficiat, &
 ius cum suis ducibus in foveas cadant, qui cecos sequuntur. Apostolus certè elamat: Ne
 ritui credideritis, sed probate spiritus an ex Deo sint. Arguit præterea locus iste eos, qui
 gelium predicatur, se quid dicatur intelligere negant. Quid enim isti aliud dicunt, quàm
 ouium Christi numero esse negant, quarum proprium est, Christi vocem in euangelio
 scere? Arguuntur præterea, qui cum Christiani dici & haberi velint, relicta tamen
 Christi voce, diaboli suggestionibus locum dant, aut eos sibi duces deligunt, qui per nulla

Christi doctrina alienissimas, eos circunducunt. Quo loco evidens apparet corruptionis nostrae argu-
 mentum. Norunt oves pastoris sui vocem, & (ut apud Isaiam ait Dominus) agnovit bos possesso-
 rem suum, & asinus praesepem heri sui; sed & immanes bestiae, leones, ursi, lupi, & si quae his sunt cru-
 deliores, eo usque curantur, ut suis benefactoribus aliquam gratiam referant, & obsequium quale-
 cunq; praesentent. Solus autem homo ita omnem naturae sensum exiit, ut nec Deum creatorem suum,
 nec summum illum pastorem, Iesum Christum, neq; ab eo constitutos pastores agnoscat, fidos nimi-
 rum ecclesiae ministros, magistratus sanctos, aut etiam parentes, ex quibus genitus est. Sunt haec hor-
 renda nostrae miseriae indicia, quibus corrigendis, imò tollendis & extirpandis, omnes eos studere o-
 portet, qui salutem in Christo assequi cupiunt.

Ceterum addit hoc loco Evangelista: Hanc parabolam dixit eis Iesus; illi autem non cognove-
 runt, quae essent ea, quae loquebatur eis. Ergo qui sibi primatum in populo Dei vendicabant, tam ig-
 norantes fuerunt, ut parabolam, quae passim occurrit scripturas legentibus, non intelligant. Quan-
 tum ergo fuit tunc eius generis infelicitas, cuius doctores tam caeci et stupidi fuerunt? Sed vitium non etiã
 hodie huius generis exempla extarent. Tractatur aliquis evangelij locus coram principibus aut re-
 gibus, aut de fide Christiana apud Pontifices & Episcopos disputatur: Mox illos attonitos obstupe-
 scere videbis (si modo aures praebent) perinde ac si in nouo orbe constituti, Cambales sive Garaman-
 tes loqui audiant. Imò inuenias ex ijs complures, qui ne librorum quidem scripturae sacrae nomina
 agnoscant, & quo ordine scripti sint prorsus ignorent. Et hi ferè ecclesiae columna & lumina censentur.
 Oremus ergo Deum, ut ipse omnium mentes discretionis spiritalis donet, ut summi pastoris, Iesu
 Christi vocem agnoscere discant, & eam secuti caelestis & aeternae salutis hereditatem cum illo ade-
 ant: cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

Antistitium ignorantia.

HOMILIA XCV.

Dixit ergo eis rursum Iesus: Amen amē dico uobis, ego sum ostium
 ouium. Omnes quotquot ante me uenerunt, fures sunt & latrones; sed
 non audierunt eos oves.

Quia Iudeorum scribae atq; sacerdotes, non modò ipsi Christum Iesum auerfabantur, verum-
 etiam indignissimè ferebant, quòd multi ex populo illum doctorem & seruatorem suum ag-
 noscerent, ipsi relictis, qui ecclesiae antistites atq; pastores haberi volebant; ille comòde admodum pa-
 rabolam de pastore & ouibus proponit, qua laruatos illos pastores omnibus detegit, simulq; docet, se
 pastorem ecclesiae verum esse, nec cuiquam mirum debere videri, si populus ipsum potius, quàm illos
 sequi & audire malit. At quia parabola illi non intellexerunt, nunc eandem ipse verbis disertis ex-
 ponere incipit. Vbi ante omnia diligentem considerationem meretur Christi benignitas & mira faci-
 litas, qui quos corrigere & grauiter reprehendere poterat, tam amice & humaniter instituire digna-
 tur. Sunt eius multa alia exempla, quibus excitari debemus, ne de ipsius erga nos voluntate dubitemus.
 imitemur autem eius mansuetudinem, si quando cum ijs res est nobis, qui in percipiendis regni
 Dei mysterijs tardiores, vel etiam contumaciores sunt.

Principio autem, quia praecipuam notam, qua veri pastores à falsis distinguuntur, in eo ostendit, Christus est
 quòd illi quidem per ostium ingrediuntur, hi verò aliunde ascendunt sine irrepant: quid per ostium
 intelligi debeat, docet. Rursum verò propter argumenti grauitatem solita asseuerandi formula vti-
 tur, quae ipsi iurisdictioni vice fuit: Amen amen dico vobis, ego sum ostium. Quasi diceret: Fures &
 latrones esse dixi, quotquot non per ostium ingrediuntur. Atqui ostium illud ego ipse sum: Itaq; latro-
 nes & fures sunt, qui me aspernantur, et sine me ecclesiae pastores censerì volūt. Sunt haec quoad sta-
 tum tractationis huius diserta & clara satis, quia tamè ipsdem alia subsunt, quae in huius argumen-
 ti considerationem veniunt, de illis etiam dicendum est. Vbi primò obseruabis, Christum ostium dici.
 Est autem ostiorum vis duplex: Alter, ut per illa ingrediatur & egrediamur: alter ut domus clau-
 detur, quòd cuius in illis habitari & res comodius asseruari possint: quae causa est, quòd illis serae et
 repagula, & nonnunquã ianitores quoq; adhibentur. Vtrumq; nobis, vel potius ecclesiae suae, Christus



præstat. Quia enim mediator est inter Deum & nos, per illum ad Deum ingrediuntur oportet, cum in eius domesticos recenseri cupiunt. Idem etiam per ipsum ingressus eunt omnia vicia, quos a Dei dilectione separari patitur. Unde Paulus dicebat: Christus est, qui mortuus est, ut nos qui etiam excitatus est, qui etiam est ad dexteram Dei, qui etiam intercedit pro nobis. Nam hoc subiicit: Quis nos separabit à charitate Christi? num afflictio? num angustia? &c. Facit ergo parabola multum ad fidei confirmationem, quando docet, non esse periculum, ne diabolo aut hominibus da fiant, qui intra ecclesie septa sub Christo protectore sese continent. Simul etiam admonet, ut ad Deum non cuius patere, sed ijs modo, qui per verum illud ostium rectè ingrediuntur. Cōfirmat autem hoc bibe Epicuræi, qui cum in corde suo nullos deos credant, at tamen de religione verba faciunt, quos quem offendant, unumquemque in patria sua religione servari aiunt, modo eam sanctè colat, & non fiat inferuire. Deum enim Regi potentissimo similem esse, qui in aula sua Musicos omnes congregat, & quamvis illi non iisdem instrumentis utantur, nec etiam arte pares sint, omnium tamen eundem ex æquo prober, quo ipsi gratificari cupiant. Quorum rationes multis consutari poterunt, si sufficit, quod ostium ecclesie unicum Christus est, per quem qui non ingrediuntur, non in ostium quidem Dei unquam venient, nedum ut huic ipsorum siue studium siue cultus probetur.

Quorum ostium sit Christus.

Deinde quorum nam ostium sit Christus, videamus. Ego (inquit) sum ostium ovium. Ego sum ostium ovium, leonum, luporum, qui laniant introgressi & oves devorent, non etiam canum, qui latratu pastoris voci oganniant: nō porcorum quoque, qui suis foridibus omnia turpiter sordidant. Hos enim ipse Christus alibi indignos pronuntiat, quibus margarita, id est, præcipua mysteria communicentur. Sed solis ovis ostium istud patet, quarum nomine crecentes in ecclesia denotari satis constat. Nobis igitur ovium natura & mores considerandi erunt, ut discamus, quomodo nos facere conveniat, ut ecclesie membra & Dei domestici esse possimus. Vbi primum ostium Christi vocem sue doctrinam audiunt, Evangelium scilicet, cuius amnuntiatio ergo ipsorum datum venisse testatur. Et huc referri debet, quod Capite octavo dixit: Qui ex Deo est, non audit. Deinde oves non audiunt modo pastoris vocem, verum etiam sequuntur, cum in nihil consilij aut auxilij inveniunt: Ita Christi oves, quia suam infirmitatem & corruptionem noscunt, pastoris sui vocem lata sequuntur, & ea reuocata in viam redeunt, si quædam præcesserint, & præcursus vestigia studiose observant. Præterea mira est ovium simplicitas, & credendum adeo non instructæ sunt, ut potius omnia sua ad hominum usum & utilitatem præcedant. Lana enim & pellibus suis nos vestiunt, lacte & carnibus alunt, stercore & loto adæquaturam vestigijs agros impingunt & feraces reddunt. Ita Christi oves arma quibus necesse est, nulla, neque etiam habere cupiunt, omnibus verò prodesse student. Divitijs ergo suis regunt, doctrina rudes instituunt, admonitionibus fias errantes reuocant, infirmos & perversum consolantur, exemplo virtutis omnes excitant, neque amicis modo & bene de se meritis numerariam inimicis benefaciunt, pro quibus orant, & quos omni officiorum genere laudant. Vt vero oves, cum sint sine fraude doloque, tamen laniantur à lupis & reliquis hominibus quoque maculantur, rudentur, exuuntur, comeduntur: Ita Christiani, cum sint quales esse diximus, hostes tamen habent quàm plurimos, & omnium iniurijs expositi sunt, ut multis lusus iocusque, multis verò cultus Deo gratissimus putetur, si illos fortunis excruciant, in exilium eijciant, conuiuijs atrocibus profcindant, & omni suppliciorum genere excruciant. Caterum ut oves incredibili patientia quidvis ferunt, rondere ipsas volentibus non resistunt, imò ad macellum spontè festinant, confosse & ingulate silent, neque (ut porci solent) stridit & grunnitū siue balatū omnia replent: Ita qui Christo vere nomen dederunt, eius cruciatum & conuiuiantur, percussi non vindictam exigunt, pro Christo denique & salute publica vitam unam cum fortunis suis sanguinem quoque & vitam profundere: id quod martyrum cum peritiam recentium exempla plurima testantur. Hæ ergo ovium Christi nota sunt, quibus ostium ostium studere oportet, qui per ostium illud in ouile eius ingredi & in societatem sanctorum ingrediunt. Quapropter nequicquam Christianorum nomine sese venditant, qui Evangelium

nolunt, qui hoc se agnoscere & intelligere negant, qui pastoris Christi vocem oderunt & fugiunt, qui quasi ad nocendum nati sint furantur, rapiunt, defraudant, expilant, belligerantur, occidunt innoxios, doctrina & exemplo seducunt atque corrumpunt, ut non homines, sed lupi, sed vrsi & leones, sed tygrides & dracones dici mereantur: qui denique omnis iniurie impatientes in priuata vindicta præcipuam fortitudinis laudem quarunt, & in Christi confessione subdole tergiversantur, ut quemadmodum vesperiliones inter volucres & quadrupedes medium locum obtinent, ita ipsi quoque inter Christianos & Antichristianos ceu medij constituti, utrisque probari volunt, ne vel nomini aut opibus ipsorum aliquid decedat, ne dum ut pro religione vitæ periculum adendum esse putent. Possunt equidem, qui tales sunt, in externam ecclesiam sese vel subdola simulatione insinuare, vel etiam violenter in ea sibi locum præcipuum occupare: sed quia per verum ostium non ingrediuntur, & proinde non oues sunt, eiicientur aliquando, & suæ vel simulationis vel tyrannidis graues penas dabunt principi pastorem Iesu Christo, qui ouile suum non patietur ab illis perpetuo pollui aut vastari.

Ceterum ad loci huius tractationem & Christi verba redeamus, qui præoccupatione quadam obiectioni aduersariorum occurrit. Quia enim antea complures sese pastores populi Dei & vindices esse dixerant, quos impostores & lupos fuisse res ipsa declararat, & ideo ipse etiam Dominus multis poterat suspectus videri, nunc sese ex omnium illorum numero eximit, & quid de ijs iudicari debeat docet, qui aliam salutis rationem hucusque tradiderunt, vel etiam in posterum tradituri sint. Omnes (inquit) quotquot ante me venerunt, fures sunt & latrones, &c. Quæ verba non de tempore exponi debent, sed de doctrina ordine aut scopo: ut ante me idem sit quod, Me non præeunte, vel sine me, aut non a me missi. Quoad enim temporis ordinem, Christi in carnem aduentum multis seculis præcesserunt primùm patriarchæ, quos Deus hinc inde peregrinos vagari voluit, ut promissionem et fœderis sui præcones atque testes essent: deinde Moses & prophete, postremò Ioannes Baptista, qui hoc nomine purissimum commendatur, quod Christi præcursor fuerit. Sed hi omnes non sine Christo, sed ab illo missi & eodem præeunte venerunt. De Abrahamo enim Cap. 8. audiuimus, quod diem Christi viderit: quod non minus de reliquis patribus eadè fide donatis debet intelligi. De prophetis autem Petrus testatur, quod duce spiritu Christi de eius morte & gloria vaticinati sint. Et Ioannem in vtero matris eodem spiritu repletum fuisse scimus. Hi ergo omnes etsi tempore Christi incarnationem præcesserint, non tamen sine illo, sed ipso illis per spiritum suum præeunte venerunt, & de ipso publice testati sunt. Itaque non de istis, sed illis loquitur, qui non expectata spiritus reuelatione & missione diuina, proprii capitis figmenta securi sunt, & salutis rationem nouam extra ipsum tradiderunt, adeoque gloriam qua illi debetur, vel sibi ipsi vendicarunt, vel in creaturas quas cunque transferunt. Tales fuerunt, qui legem Dei docuerunt non præeunte luce promissionis de Christo, quem legis scopum esse constat. Hi enim ex lege ostium fecerunt, cum ea pedagogus sit ad ostium salutis & ecclesie deducens. Ex horum numero fuerunt olim impij sacerdotes in Iuda & Israele, & circa Christi aduentum Pharisei, Sadducei, Esseni & quotquot homines operibus legis iustificari docebant. Ad eundem ordinem pertinent Baalite, Chaldei, gentium philosophi & sacrifici, qui legem naturæ exponendo præcepta de moribus tradiderunt, & cultus varios instituerunt, sed non prælucenti Christo, in quo vno nobis pater reconciliatus est. Quibus adnumerari possunt impostores, qui Nestor nomen & officium sibi vendicando, se populi vindices professi sunt, quales paulò ante Christum natum erant Theudas & Iudas Galileus, quorum in Actis fit mentio. Et hos quidem omnes multum inter se diuersos satan pro sua astutia excitauit, ut ipsum quoque Christum multis suspectum etiam reicerent. Inter gentes verò religionum varietate Epicureismum inuexit, quo multi decepti, Deos omnino nullos esse putarunt. Simili astu postea quoque usus est quoad nouissimum Domini aduentum, cuius falsa prædicatione (ut ex Pauli secunda ad Thessalonicenses epistola apparet) multos iam olim delusit, & postea signa hunc præcessura nouis figmentis obscurauit, ut dominus huius planè incertos faceret: simulque sectarum diuersitate & assiduis de religione & vera salutis ratione contentioniibus totam hanc causam multis odiofam & inuisam reddidit. Quo magis hæc Christi admonitio obseruari debet, qua omnes omnium ætatum impostores perstringit, & fures

Seductores & impostores arguit.

Hominum maxima pars damnatur.

atque latrones dicit eos, quicunque salutem & eius viam extra ipsum monstrant, & docentur in ecclesia vsu pant, cum ipsum non sequantur ducem, qui nobis a patre caelitus & gabilis eterna veritatis doctor datus est, Est autem graue admodum hoc Christi dicitur, non perhorrescere pia mens, si cogitet hic maximam humanam partem damnari, quando constat, iam inde ab exordio mundi plures semper impositores, qui Christum vel prosus ignorarunt, vel eius doctrinam & promissiones suis commentis obcurarunt, & ipsidem maiorem hominum partem adhaesisse, vt vix pauculi quidem semper fuerint, qui promissum humani generis seruatorem essent intenti. Quod ipsum hodie etiam fieri videmus, non enim Christo quasi praecurrunt Mahumetani omnes, quando non praelucense illo in suis aduersissimis superstitionibus salutis fiduciam collocant? Atqui hi maximam orbis partem sub suo deminio premunt. Annon horum similes sunt Iudaei, quorum multa millia hodie sperfi Messiam nouum expectant, verum autem & olim exhibitum horribili impietate excutitur? Quid vero inter Christiani nominis professores fiat, nemo pius secis oculis intrare, & munitu atque lachrymis vel audire vel referre potest. Gloriantur quidem in Papatu Christiane Pontifices, Episcopi, Monachi, Sacrifici. Sed annon relicto Christo noua ostia fingunt, non praecunte salutis rationes nouas & falsas monstrant, dum illum in sacramento altaris offerri aiunt pro viuis & mortuis, dum iniustitiam nostris operibus, & saluam bonum merentibus, vt nunc de factis & crassissimis alijs erroribus nihil dicamus? Vnam vero ista dispendenderent omnes, & procul dubio cum priuate tum publice salutis causam maiori feruore, quoque patientius ferrent, qui fures istos & latrones profligare, & Christo suam gloriam tradiderunt.

Oues Christi non audiunt fures et latrones.

Attamen hic consolationis plenum est, quod Christus addit: Sed non audierunt eos, qui non erant fures & latrones, & maximam orbis partem possent se traxerunt. Idem tamen oves, id est, electos Dei secum abripere non potuerunt, quos ego seruaui, vt innumis pauci numero, & (vt Isaias loquitur) portenti instar essent, vt iam salutis rationem ter retinuerint. Et hoc quidem propter eos dicit, qui doctrina veritatem ex seclatorum multitudine & vetustate aut longi temporis praescriptione aestimabant, vt ostendat non videndum esse, quomodo aliquod doctrinae genus duravit, & quam multos habuerit seclatores: sed potius quomodo illud tradiderunt, quaque omnibus seculis eorum fides & sententia fuerit, quos ex scripturae & spiritus sancti testimonio constat oves Dei fuisse. Tales olim patriarcha, Moyses, Israhel, propheta & horum discipuli, Zacharias item & Elizabetha, Anna propheta, Simeon, Maria & horum similes fuerunt, qui omnes nequaquam audierunt eos, qui vel legis operibus, vel superstitionibus non praecunte luce promissionis de Messia docebant. Seruis hoc vsu cognoscendum, qui hodie veritatem, successorem, multitudinem & potentiam nobis obijciunt, vt his operibus rucnem Papatum sustentent. Possent enim haec omnia in ijs multo illustriora monstrare, in praesenti Christus fures & latrones dicit, & hodie Papatus Mahumetismo neque veritate potentior aut victoriarum successibus illustrior, sed quoad ista omnia longe inferior est. Sed quod di fulcris nitantur oportet, qui sua verbi Dei auctoritate tueri non possunt, & de his aliquid dicimus, vt nunc ijs inbarere non sit opus.

Fides Christiana ab ipsa mundi origine durauit.

Priusquam tamen hinc digrediamur, duo adhuc expendenda restant. Primum, quod dicitur, quos qui ab ipsa mundi origine seductores fuerunt, simul omnium meminimus, quae illos non aduersari, sed ex toto huius translationis contextu satis apparet. Ergo ab ipso rerum exordio fides Christiana in terris fuit, & antequam ille in carnem veniret, fuerunt qui Christiani essent, & qui pro talibus agnoscerent. Annotauit hoc ipsum in huius loci expositione D. Augustinus, cuius verba sunt: Ante aduentum Domini nostri Iesu Christi, quo humilis venit in carne, praecesserunt fides, & c. Et postquam hanc sententiam Pauli verbis probauit, qui nos eundem com com veritate fides, & c. Et postquam hanc sententiam Pauli verbis probauit, qui nos eundem com com veritate fides, & c.

1. Corinth. 10. 2. Corinth. 4.

ergo illo tempore crediderunt vel Abrahama, vel Isaac, vel Iacob, vel Moysi, vel alijs patribus

alijque prophetis Christum prænunciatis, oves erant, & Christum audierunt, non alienam vocem, sed ipsius audierunt, &c. Sunt hæc multa obseruatione dignissima, quia & fidei nostræ vetustate asserunt aduersus calumniatores, qui eam hodie nouitatis suspitione grauant: & dulcissimam consolationem habent, dum nos eius coniunctionis admonent, quæ nobis cum sanctissimis patriarchis & diuinis prophetis, Dei seruus & amicis celeberrimis, intercedit: simulq; fidei constantiam adiuuant, ne ab eorum consortio nos abduci patiamur, quorum memoria apud omnes non honorifica modo, verum etiam sacrosancta est.

Secundo loco obseruare conuenit Dei fidem & industriam, qua in suis seruandis & defendendis Dei fides seruat. Quia enim natura mædaces & ad errores proni sumus, facile quiduis admittimus, quod ali- qua veri specie palliatur. Imò, vt exempla vetera & recentia docet, nemo tam absurda & nefanda excogitare potest, qui non discipulos & sectatores inueniat. Quis ergo non agnoscat Dei manum, quando inter medias errorum tenebras aliquos in officio contineri vides, vt non ipsi quos, cum errantium multitudinem abripiantur? Euidentiùs tamè illa sese exerit, quando eos, qui iam aures præbuerunt seductoribus & in errorem abducti sunt, adhuc tamen pro ouibus agnoscat, & in viam reuocat. ne in erroribus perseverent, & ita cum reprobis male pereant. Factum hoc olim sub Mose & propheta, quando veritatis lucem aliquam seruauit, & exiguas suorum reliquias custodiuit, ne communi errore ipsa etiam absorberentur. Et idem nouissimis quos, temporibus euenturum esse, Christus non obsecrare inuit, quando eam rerum conditionem fore ait, vt si fieri possit, electi quos, seducantur. similitudinem illorum causa dies istos decurrandos esse pollicetur. Vere autem hoc ab illo prædictum esse, nemo non videt. Etsi enim iam seculis aliquot rotum penè Christianum orbem Antichristiana tenebræ occuparint, & veritatis doctrina superstitiosis hominum traditionibus tota obruta esset, mirabili tamen ratione & peculiari gratia aliquos semper seruauit Deus, qui veritatis testes essent, & Antichristianas superstitiones oppugnarent. Et hodie in illis locis, vbi cæcus piorum nulli habentur, subinde inueniuntur reliquæ aliquæ ouium Christi, ex quibus suo tempore ecclesia instauratur. Soletur hoc omnes qui Christum vera fide amplexi sunt, nec metuunt, nunquam fore, vt ipsos excidere patiantur, qui suo sanguine eos redimere dignatus est, sed & ministris hoc animum addat, ne se frustra laboraturos putent. Nunquam enim deerunt, qui relictis furibus & latronibus ipsos audiant. Interim eorum ignavia & leuitas arguitur, qui cum oues Christi haberi velint, in audientia eius voce adeo frigidi sunt, vt nullo zelo superioris religionis afficiantur: neq; eo contenti, simul quouis vento doctrinæ se circumagi patiuntur, adeoq; gaudent si quos audiant, qui fidei euangelij ministris negotiū faciunt. Oremus itaq; Deum, vt efficaci spiritus illuminatione animos nostros excitet & confirmet, vt in Iesu Christi confessione constanter perseveremus, & in illo vitam æternam consequamur, cui debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

H O M I L I A X C V I.

Ego sum ostium. Per me si quis introierit, seruetur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Fur non uenit, nisi ut furetur, & mactet & perdat. Ego ueni, ut uitam habeant, & abundantiam habeant.

Multa quidem & eximia diuina bonitatis erga humanum genus argumenta extant, at inter illa imprimis memorabile & assidua meditatione dignum est, quod cum in primo parere omnino inftar aberrauerimus, Deus sui uerbi lucē protulit, & huius ministros siue præcones instituit, qui pastorum inftar errantes in viam reducant, subq; uerbi pedo in gregis dominici societate continent, & mentes hominum assidua doctrina atq; consolatione pascant, vt inter huius seculi labores constanter perseverare, & huius cursum emensi ad cælestis uitæ consortiū ingredi possimus. Commemorant hoc scripturæ passim inter beneficia maxima, quibus olim suam erga Iudæos beneuolentiā Deus declarauit, & ecclesiam noui testamenti hac potissimum promissione Dei filius consolatur, quod nunquam defuturi sint, qui salutis uerbum prædicent, & in fœderis sui societate pascant. Per Isaiam enim Cap. 59 sic loquitur: Ego hoc fœdus cum eis pangam, spiritus meus qui super te est,

& verba mea quae inserui ore tuo, nunquam recedēt de ore tuo, neq. de ore seminis tui, neq. de terra potum & praeputium tuorum, dicit Dominus, porro in sempiternum. Et in euangelio quod promittit, qui nos inducat in omnem veritatem, & cum de nouissimi seculi periculosa conditio sereretur, euangelium in toto orbe praedicandum esse ait, ne quis huius lucem unquam extinguat, & bitretur. Sed & Paulus apostolus Christi curam & providentiam hoc potissimum argumētum commendat, quod etsi in supremam regni caelorum gloriam ascenderit, spiritus tamen sui dona in omnes minime distribuatur, & alios quidem decem apostolos, alios vero prophetas, alios autem euangelistas, alios autem pastores & doctores, ad coagmentationem sanctorum, ad opus ministerij, ad adificandam domum corporis sui. Verum tamen constat simul, diabolum omnibus seculis falsos pastores quos, excitatos sibi ipsius greges proprios collegerunt, & ijs postea ecclesiae Dei nomine tribuerunt, & illum iudicium finis temporibus sub Antichristi regno futurum esse, scriptura praedicunt, quod quantum ad veritatem simul atq. audacia faciat, non sine multorum periculo & interitu quotidie experimur. Primum ergo parabola, quae hoc Cap. tractatur, crebro inspicere, quia Christus ita docet, se verum suum pastorem esse, ut simul certas notas praescribat, quibus obseruatis, pastores veros à falsis & invidiosis vel de pastoribus cognoscere possimus. Est inter has praecipua, quod pastor verum suum ostium quàm per ostium ingredi ait, & nihil in doctrina tentare, cuius non ipsum ducem atq. magistram beat, ideòq. fures & latrones esse, qui ipsum praeveterere, & non praevenerunt ipsius luce aliquando vident. Quam partem etsi nuper diligenter & disertè tractari, tamen eandem in praesentibus repetimus primò quidem amplissimis donorum caelestium promissionibus nos ad ipsum amplectendum, deinde vero periculi etiam denunciatione absterret, ne aures praebeamus ijs, quos fures & latrones esse dixit.

In Christo ostium salutis omnibus apertum.

Quoad primum, repetit quod prius dixerat, se nimirum esse ostium, per quod in ecclesiam & in consortium nos ingredi oporteat, ne quis hoc illi temere excidisse, aut in ore natum esse putet, mox quid inuenturi sint docet, qui per ipsum ingrediuntur, id est qui ipsum servatorem suum, & cum apud Deum mediatorem agnoscunt. Vbi priusquam verba eius expendamus, obseruandum singularis bonitas Dei, qui miseris nobis & olim propter primi parentis peccatū ex paradiso aeternae salutis ostium in filio suo aperuit, nec aperuit modo, verum etiam illum in terras huius, qui homo factus, se ostium illud esse clamat, & absq. ullo personarum respectu omnes inuocat, ut ipsum ingrediuntur. Qui enim nuper dixit, se ostium esse omnium scilicet, qui ipsum ostium suum pastorem esse, idem nunc ait: Per me si quis introierit, &c. Quasi diceret, Quisquis in me introierit, siue doctus aut indoctus, diues aut pauper, senex aut iuuenis, cuiuscumq. deniq. conditio sit, aut loci, in me vitam inueniet. Ita enim haec verba apostoli exponunt, ex quorū numero Petrus in veritate deprehendo, quod Deus non accipiat personam, sed in quavis gente quisquis in me introierit, & operatur iustitiam (id quod fieri non potest, nisi Christum amplectamur, quod est per ipsum ostium ingredi) is acceptus est ei. Et Paulus de Christo loquens dicit: Vbi non est Iudeus & Graecus, non seruus neq. liber, non mas neq. femina, non barbarus vel Scythia, &c. Habent huius solationem dulcissimam, quae nos in quouis tentationis genere efficacissime consolari & in solationem mare potest, ne nos vel propter antea actam vitam, vel propter praesentes afflictiones, aut propter contemptam coram mundo hoc conditione, à Christo & salutis consortio excludi patemur. Quia enim relictis superstitionibus & peccati seruitio ad illum conuertitur, us iam omnis factus est, & ostium salutis apertum inueniet.

Christus ostium humile.

Quia vero ostium hoc Christus est, simul nos cogitare oportet, illud procul dubio humile & pressum ostium esse, non immodico spacio patenti portam, quales in regum palatijs videntur, sed humile illic esse oportet, ut ad excipiendam pompam aulicam, militum item & equitum armatarum, mas possint sufficere. De seipso enim ille pronunciat: Dicitis à me, quod mitis sum, & humilis corde. Et rursus: Filius hominis non habet, quo reclinet caput suū. Zacharias item propheta, qui regis aduentum praedicaret, iustum quidem sui populi vindicem & servatorem fore docet, sed humilem dicit: Pauper ipse, & rebens super asino & pullo asinarum. Quò & illud Pauli referri debet, quod humilium extreme humiliatum & exinanitum esse ait, usq. ad mortem crucis. Quia vero ostium salutis Deus pater nobis aperuit, etià eos humiliari oportebit, qui per illum ad salutem

volent. Elatos enim & sarcinis multis onustos porta ista, seu ostium potius, capere non potest, multo minus illos transire praeberet. Et autem recte humiliemur, ab ipso animo initium fiat, ut non modo conditionem huius seculi ærumnarum plenam inspiciamus, verum etiam adhaerentem, imò præcordijs & medullis infixam naturæ nostræ corruptionem consideremus: cuius cognitio nos cristas atcolere prohibet, & humiles reddit sub potèri manu Dei, sine cuius gratia nos nihil posse scimus, nec quicquam ex nobis ipsis proprij habere, quo gloriemur. Quod nisi intelligat homo, suæ iustitiæ fiducia elatus & pharisaico tumore plenus, per ostium hoc non poterit ingredi, sed suâ iustitiâ stabilendo à iustitia Dei exciderit, quam hic nobis in filio suo offert: cuius mali exemplū in tota Iudeorum gēte Paulus proponit. At quia externus quoque fastus nos inflat, et inani gloriæ persuasione inebriatos extollit, ut aduersus Deum insolenter superbiamus, hunc etiam exuere, & eius instrumenta deponere conuenit, qualia sunt opes, honores, amicitia huius seculi, & alia huius generis, quæ etsi per se mala non sunt, mala tamē & noxia sunt, quando illis animum addicimus, & illorum fiducia extollimur. Nō caput ergo ostium istud iustitiarum phariseos, qui suorum operum merita superbe ostentant; non nudinatores monachos, qui opera supererogationis vendicant; non suarum virium ostentatores philosophos, qui liberum arbitrium & æternæ salutis suum iactant; non sanctitatis perfectæ simulatores Anabaptistas, qui hominem æquæque suum id est talem fieri posse aiunt, qui omnino non peccet, & se eorum numero esse profitentur; non item opulentos, qui huius seculi diuitijs fidunt; non fastuosos dignitatum suarum iactatores; non clientelis & amicitijs superbos; nullos denique, quos alicuius rei superbia fiducia aduersus Deum aut verbum eius extollit, sed eos solos, qui suis ipsius cognitione humilitati carnis affectus mortificare student, & excussa omni externarum rerum fiducia toti ab vntus Dei gratia pendunt. Hi enim soli ad Christum festinant, quem gratiæ istius mediatorem esse agnoscunt, & quia in eodem omnia reposita esse norunt, eo vno contenti sunt, & ita per illum in ecclesiæ Dei & æternæ salutis consortium ingrediuntur.

Porro fructus videamus, quos amplissimos pollicetur ijs, qui per ipsum ingrediuntur, dicēs: Per quem quis introierit, seruiabitur, & ingredietur, & egredietur, & pasqua inueniet. Primò seruiantur qui Christum vnum agnoscunt, id est afferuntur ex perditione, in quam satan humanum genus per peccatum induxit. Eiusmodi enim seruatorem esse Christum, angelus testatur, Iosepho ob Mariæ virginis conceptum sollicito dicens: Pariet filium, & vocabis nomen eius Iesum, id est seruatorem. Is enim seruabit populum suum à peccatis suis. Est hoc obseruatu imprimis necessarium, ne Christum nobis alium, quàm reuera est, imaginando, pro cælestibus bonis terrena, pro æternis & veris temporaria & imaginaria in illo quæramus. Nam quia veræ salutis auctor nobis esse debuit, ea etiã conferre, sine quibus salus hominis non consistit. Et nequit quæ ex paupertate, morbis, exilio, carceribus & reliquis calamitatibus afferuntur, quos peccati reatus adhuc grauat, q nos iræ filios et æternæ damnationis mancipia facit. Ex eo autem afferuntur, qui Christum fide vera recipiunt, quia ille nobis à Deo patre satis factio & iustitia factus est. Itaq; vni hoc omnē hominis felicitatē cōprehēdit: quam nihil præterea ijs deesse potest, qui peccatis exonerati cū Deo in gratiā redierūt. E cōtra verò apud perditionis adhuc filios esse, quos quos per vnicum illud ostium ad salutē ingredi dedignantur.

Deinde ingredietur (inquit) & egredietur. Solent ista locutione Hebræi totam hominis conuersationem vna cum studijs et actionibus eius omnibus exprimere. Sic Deute. 28. diuine legis obseruatō uersandi in domo Dei. illud omne Deus faustum felixq; faciet. Et Solomon petebat sibi sapientiam dari à Domino, ut ingredi & egredi posset coram populo, id est ut regis officia digne obiret, nec aliquid tanto munere indignum faceret. Quia verò hęc de ecclesiā Dei & æternæ salutis consortio agitur, duplex huius loci sensus est. Nam primò ius suæ domus pollicetur Christus, quodq; pro suis domesticis & familiaribus agnosceret vellet eos, qui ipsum suum seruatorem & Mediatorem apud patrem agnoscunt. Est hæc magna dignitas, qua nulla maior homini contingere potest. Si enim honorificum putatur, magis alicuius regis alicuius censeret, & in eorum numero esse, qui (ut ille dicebat) aureis compedibus vincti pluriquam seruilē vitam degunt: quantò præclarior est inter regis regum domesticos locum habere, qui nō serui, sed in libertatem asserti & filij Dei facti sunt, ut cælestis regni hereditatē cum Christo Iesu accedant? Deinde tutam quoque securitatem suis promittit Dominus, qua fruuntur qui

Qui per Christum ingrediuntur. 1. Seruantur ex peccatis. 2. Ius habent tu domo Dei.

cunq; ipsum dignè recipiunt. Ingressuntur enim & egrediuntur eò, nec est quòd diaboli multum metuant, quem Christus foras eiecit, ut neq; in ipsum neq; in membra eius quicquam habeat. Oberrat quidem ille ut leo rugiens, & querit quem deuoret. At restunt ei fortes in Christo insiti sunt, & olim illum Dominus totum sub pedibus ipsorū conculcabit. Præterea tyrannos quoq; seuiat, qui minis & supplicijs atrocibus pios à Christo auellere conantur, quos quoq; nihil proficiunt apud eos, quibus volupe est pro Christi nomine affligi & huic in crucem mes fieri, ut olim cum eodem in caelis viuere & regnare possint. Itaq; ydem hac spe suffulti, per Christum ingrediuntur & egrediuntur, id est omnia sua in Christi nomine faciunt, neq; pudet, quem suum redemptorem esse norunt.

3. Pascuntur ad uitam eternā.

His tercio addit: Et pascua inueniet. Loquitur autè de pabulo vitæ, quod semel sumptum mas satiat, ut nec esuriant neq; sitiant amplius. Est hoc ipse Christus, panis ille vitæ, qui descendit, ut qui ex illo edunt, non esuriant in æternū. Inuenitur is in euangelio, quod ipsum hominem factum, mortuum & resuscitatu prædicat, cui quot quot credunt, hi carne & sanguine id est merito mortis & sanguinis eius pascuntur ad uitam eternam. Ea item euangelica ratio est, ut in quouis casu siue tentatione nobis ea liberalissimè proponat, quæcunq; ad salutem confirmationem & salutem eternam faciunt, sicuti multis demonstrari poterat, nisi quædam dicendi occasio sese offerret. Obseruabis autem pascua hæc animarum in Christo inueniri, per nimium non autè vel pecunijs vel operum nostrorum meritis redimi. Quid enim pro æternæ pabulo dabit homo, qui ne corporis quidè victum meretur, si suo aduersus nos iure Deus vitæ aut num Deum adeò indignū putabimus, ut nostris pecunijs aut officijs opus habeat? Dum omne hoc ipsum gratia tribuit, dicens: Dominus pastor meus est, non egebo. In pascuis herbis habere facit, & ad aquas tranquillitas ducit me: Animam meam reuocat, ducit me in ortum. PROPTER NOMEN SVVM. En propter nomen suum hoc facit Dominus, quæcunq; rum beneficis, mitis & nostri amans est, non quòd nos tale quid mereamur. Clarius adhuc minus apud Isaiā hoc explicat, sic clamans: O vos omnes qui sititis, venite ad aquas, & non est pecunia venite, comparate & comedite: emite sine argento & sine pretio vinum & lac: exponitis pecuniam pro non pane, & laborem vestrum pro eo quod non satiat? Et: Possent huius neris multa commemorari, quorum omnium hic nobis vsus esse debet, ut in Christo ceteris pastor & ostium, adhuc pabulum animarum vberissimum est, omnes eos procul fugiamus, qui eo adducere conantur.

Falforum pastorum finis & institutum, perdere, &c.

Ceterum quia ea est carnis nostra tarditas, ut hic nulle admonitiones sufficiant, decessores & seipsum confert, quò magis excitemur ad cauendum eos, qui publicæ salutis hostes sunt. Et de illis quidem sic loquitur: Fur non venit nisi ut furetur, & mactet, & perdat. Quæ emphasim habent, quasi diceret. Quocunq; prætextu sese pallient & vestiant, qui non per egrediuntur, & proinde abs me fures & latrones dicti sunt: at tamè hoc vobis persuasum sit, pro alio fine & instituto veniunt, quàm ut furentur & mactent atque perdat. Et conuenit hoc quod alibi falsis doctoribus pelles ouium tribuit, intus verò lupos rapaces esse ait. Est etiam grauis admodum sententia, qua nostri etiam seculi impostoribus larvæ detrahunt, & illis dicitur inculcari debet, qui externa specie & titulorū fūco decepti illos non adeò noxios esse putant. Quæ enim Reuerendissimi, Sanctissimi, Seraphici, Illuminati doctores, vestiantur utem regibus, cucullis, liripipijs, cilicijs, mortificationem item verbis profiteantur, & gestibus atq; moribus, certissimum tamen & irrefragabile est, illos cum per alia officia ingrediuntur fures esse, & alium finem sibi propositū habere, quàm furari, mactare & perdere. Furatur enim, quando suam gloriam surripiunt, & illius sanguine redemptas oues sibi vendicant. Mactant vero per dunt, dum vel falsa doctrina animas suorū sectatorū iugulant, vel eorum corporibus per dantur, quos sibi cōtradictere sentiunt. Quod tanta rabie & licentia illos facere videmus, ut periculum simul cauere non possint, quibus aliquid est cum illis negotij. Eos ergo sequatur dicit, si cui perire liber.

Christi institutum uiuificare.

His autem seipsum opponit Dominus, dicens: Ego veni ut vitam habeant, & abunde uiuant. Mea (inquit) longè alia est ratio. Quia enim meæ sunt oues, illis seruandis finem dicit.

non maculare aut perdere cupio, sed ut vitam habeant unice curo, & ut illa viuant, meam vitam & meum sanguinem pro illis effundere non detrecto. Et quia multi ita viuunt, ut illos mortuos esse prestaret, cum omnium egeni sint, que vitam hanc nobis iucundam reddunt, ego simul in hoc veni, ut oves mee abundantiam habeant, bonorum scilicet celestium et gratie Dei, que sola omnes huius vite molestias mirigat, & perpetuo beatos reddit. Faciunt ad horum expositionem, que passim in apostolorum literis leguntur. Ioannem certe supra dixisse audivimus: De plenitudine eius omnes acceperimus, & gratiam pro gratia. Paulus in illo omnes scientie & sapientie thesauros reconditos esse ait, & in illo Deum nobis benedixisse omni benedictione spirituali. Nec tamen de animo solo hic agi putabimus. Quia enim in illo reconciliamur Deo, qui omnis boni fons est, redundantisimus, ad totam hominis vitam hac benedictionis abundantia redundat. Nam qui Christo insiti sunt, hi & egere & abundare norunt, & quia de afflictionibus recte iudicant, semper sua sorte contenti nihil amplius expetunt, & proinde soli diuites, soli felices, soli beati sunt. Docent haec Christum verum & fidelem suae ecclesiae pastorem esse, cui omnia ea probe conueniunt, que in prima huius Cap. parte de vero pastore dicta sunt. Nam non ipse sibi honorem istum vendicauit, sed à Deo patre aeterno decreto preordinatus est, sicuti prophetarum oracula testantur, inter qua memorabile imprimis est, quod Ezechiel. 34. ad hunc modum habetur: Suscitabo super oves pastorem unum, qui pascat eas, Dauidem seruum meum, pascet eas, atque is erit eis pastor. Itaque venienti aperuit mox ianitor spiritus sanctus, quo visibiliter inunctus est secundum carnem assumptam praeter omnibus conscribitis suis, ut olim Dauides praedixerat. Agnoscunt hunc omnes electi, & in hunc respexerunt omnes, quorum fides in scripturis probatur, sicuti Capite octauo in Abrahami exemplo vidimus. Contra vero ipse suas oves nouit, quarum nomina in caelis scripta sunt, & easdem quando uult uocat, imò efficaci spiritus operatione post se trahit, & in pascua educit uberrima, ut paulò ante dicimus. Praeclat autem non modò doctrina, verum etiam exemplo, quod in ipso omnis uirtutis perfectissimum habemus. Propugnat denique & defendit oves suas aduersus omnes hostes visibiles & invisibiles, & (ut infra audiemus) vitam propriam pro illis exponit. Sunt ergo uere beati, qui hunc sequuntur: miseri autem & calamitosi, qui hoc relicto fures & latrones sibi deligunt. Oremus utque Deum patrem, ut suo spiritu sub filij sui pedo nos contineat, qui & in hac uita tueatur, & solum regni sui consortes faciat. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

H O M I L I A X C V I I.

Ego sum pastor ille bonus. Bonus pastor animam ponit pro ouibus. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius oves non sunt propriae, uidit lupum uenientem, & deserit oves, fugitque: lupus autem rapit ac dispergit oves. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non est illi cura ouium. Ego sum pastor ille bonus, & agnosco oves meas, & agnoscor à meis. Sicut nouit me pater, ita & ego noui patrem, & animam meam pono pro ouibus.

Veteres prophetae non sine spiritus sancti afflatu promissum humani generis redemptorem, Iesum Christum, frequenter sub pastoris parabola describunt: partim quidem, ut nos nostrae conditionis admonerent, qui ouium instar periculis pluribus expositi sumus, ex nobis ipsis autem praesidij & consilij nihil habemus: partim uero, ut & Dei bonitatem nobis commendent, & simul doceant, quem sequi & obseruare debeamus, si salutem nostram uelimus consulere. Quia uero satan ecclesiae per se uisitat, & uel falsos pastores excitat, qui impijs traditionibus à Christo abducunt, & ecclesiae suas horribiliter vastant: uel uerae doctrine praecones priuatorum affectuum illecebris inescatos decipiunt, ut sua querentes officij sui obliuiscantur, & suae fidei commissos turpiter negligant, ipse Dominus totam hanc causam diligenter tractat. Nam ita se uerum pastorem esse docet, ut simul alteros quoque, illos suis coloribus depingat atque confutet. Et haecenus quid de primis illis egit, quos fures &

latrones vocavit, ut planè fugiendos & exhibendos esse doceret. In presenti verò, de alteri natura, qui doctrinam quidem puram & veram prædicat, interim verò pravis affectibus & privati studio abrepti, ecclesias negligunt, suam negligentiam lupis vastandas exponunt. Huiusmodi sub Mercenariorum persona depingit: & rursum seipsum cum his quoque conferens, totius boni statum constituit, ut se verum pastorem esse doceat, quem audire & sequi debeant quicumque cupiunt: idè duobus potissimum argumentis siue notis probat, quas suo loco videbimus.

Christus pastor bonus.

Ezech. 34.
Isa. 40.

Bonitas Dei
qui nobis pasto-
rem dedit filiū.

Propositio totius loci, quæ ex proximè precedentibus infert, hæc est: Ego sum pastor illi boni Bonum pastorem se dicendo, innuit esse malos & infidos (quod & Augustinus annotavit) quos mercenarios vocabit. Emphasim verò habet articulus, quem Latini per demonstrativum & contrahunt. Sensus enim est: Ego verus ille & fidelis pastor sum, quem olim per prophetas Dominus misit, qui perditam requirat, expulsam reducat, contractam obliget, infirmam roboret, perperam & robustam coerceat, & de quo alibi scribitur: Pascet gregem suum ut pastor, & brachium suum regabit agnos, in gremio suo feret fetas, aut suaviter ducet, &c. In presenti verò omittitur omnium modò argumentum adducit & certissimum boni pastoris indicium, quo reliqua eius officia comprehenduntur. Bonus pastor (inquit) animam ponit pro ovibus. Quasi diceret, Qui pastor esse neget eum, cui oves ita cordi sunt, ut vitæ suæ dispendio earum salutem retinere detrectet? Quid enim talis non faciat in reliquis, quæ minori cū periculo fieri possunt? Atque sum, qui vitæ oves ex luporum faucibus & impostorum laqueis eripit, in astrictis periculis nunquam non me illis oppono, qui meæ vitæ eam unam ob causam insidiantur: imò non male me pro illis in crucis mortem ignominiosissimam dabo, ut ab æterna morte illas redimam. Sic verè bonus ille & fidelis pastor, quem necessariò sequi & observare debent, quo quot seruari debent.

Est hic primum consideratu dignissima Dei bonitas ineffabilis, quæ in salutem nostram prosequitur. Nam, ut Isaias inquit, omnes nos sicut oves erravimus, & nemo vel sua ipsius vel alterius ius fulere poterat. Hic verò Deus priusquam essemus, cum quales essemus futuri previderet, pro filium suum prædestinavit, qui afflictis rebus hominum opem ferret. Et filius Dei consilium accommodans in terras venit, atque homo factus, in assumpta carne minus hominum indignitatem præcipuissimum suscepit, ut nos salvos faceret. Pastorem enim agere dignatus est, eorum nimirum modo negligi, sed æternum damnari merebantur, & ex quibus nihil virilitatis ad ipsum videretur. Quis bonitatem tantam non prædicet? quis humilitatem istam non admiretur? Preterea immortalis laude dignum videtur, si princeps aliquis potentissimus, relictis senioribus studiis ludis, populi sui curam serio suscipiat, ipse supplices libellos legat, ipse ius dicat, & rem pro sua virilitate tueatur. At qui hæc omnia ex officio facit, & nisi faciat, principis nomine indignè ad hæc eos curat & pascit, qui eiusdem cum illo naturæ consortes sunt, & ex quorum obedientia ipsius potestas & gloria omnis dependet. At hic Dei filius hominum pastorem, quibus cum nihil ei commune est, nisi quantum ipse esse voluit, & quorum servitio sine fluctu tuendam suæ divinitatis atque regni gloriam minime est opus. Est igitur immanis & nulla humana ingratiudo, si qui pastorem hunc agnoscere nolunt, & eos potius sequuntur, quos illi pastores esse omnes vident.

Christus reipsa probat se bonum esse pastorem.

Observabimus item, quòd non simpliciter pronuntiat se bonum illum pastorem esse, sed reipsa probat, & quidem eo argumento, quo (ut diximus) omnia pastoris officia continentur. ratione alibi reipsa & operibus docet, se medicum esse, lucem mundi esse, panem vitam & fructum æternæ, adeoque salutis nostræ vindicem fidelem. Discamus ergo non dubitare de illius promissionibus cum respicit & effecta illis coniuncta sint. Servit hoc plurimum afflictis conscientij, ne peccata ponderare pressa desperent. Quia enim pro nobis vitam suam exposuit Dei filius, quis illum proinde abunde satisfecisse dubitet? Aut num eam satisfactionem vilipendere vel irritam habere potest Deus, quæ ipsius æterno decreto nititur? Nec est, quòd alicuius potentiam tantam esse ferimus, ut nos ex tanti pastoris manu aut protectione eripiat. Sed de hoc ipse postea pluribus dicit. Preterea Christi exemplum imitemur, ut nimirum ipsi quoque, reipsa præstemus quòd dicitur. Dicuntur pastores, quicumque ecclesijs in verbi prædicatione serviunt, suumq; nomen illis committunt. Christus, adeoque ipse cum eorū ministerio coniunctus est. Ergo pastor is boni instar amicus

gregem, & veritatis doctrinam eo zelo prædicent, ut illam (si quando opus est) sanguine suo potius confirmare, quam ouibus vel minimam de ea dubitandi, aut à fide deficiendi occasione præbeant. Fecerunt hoc olim Apostoli, & ante hos plerique prophetarum, utrosque autem secuti sunt Martyres, quorum fides & constantia hodie prædicatur. Hoc ipsum sui officij esse meminerint principes, quos populi pastores antiquitus dictos fuisse, alibi annotauimus. Amen ergo ipsi quoque à Deo sibi commissum populum, eumque (si ita iubet necessitas) suæ vitæ periculo tueantur. Fecit hoc Moyses, qui Deo ob populi peccatum irato dicebat: Aut remitte hoc peccatum eorum, aut expunge me de libro tuo, quem scripsisti. Idem quoque animus in Dauide cernitur, qui cum angelus Domini populum peste percuteret, clamabat: Ego peccaui, ego inique egi, oues autem istæ quid fecerunt? Sit quæso manus tua contra me, & contra domum patris mei. At quid istos commemoro? quando inter gentes à veri Dei cognitione alienas multi reperti fuerunt, qui caput suum pro publica salute deuouere: apud Romanos nimirum Brutus & Decij, apud Græcos autem Codrus Atheniensium rex, Themistocles item & plures alij, qui patriæ incolumitatem priuatim commodis & vitæ etiam propriæ anteposuerunt. Quod verò ab eis requiritur, qui alij præsumunt, et pastorem personam sustinent, hoc ipsum priuatim omnes Christianos facere decet, ita monente Christo, qui in vltima cæna discipulis dixit: Hoc est præceptum meum, ut diligatis alij alios, sicut dilexi vos. Quæ verba Ioan. in epist. sua Cap. 3. sic exponit: Per hoc cognouimus charitatem, quod ille animam suam pro nobis posuit: nos igitur debemus pro fratribus animas ponere. Vbi tamen meminisse oportet, non hoc velle Dominum, ut aut temere nos in pericula coniciamus, aut quæ facinorosis debentur supplicia in nos recipiamus: sed de ijs periculis ista intellegi debent, ad quæ vocamur diuinitus, quæque ex officij necessitate subterfugere non possumus. Sed arguunt hæc nostri seculi corruptissimos mores, quando ita refriguit charitas, ut plerique, ne terentio quidem fratres egenos & famelicos iuuent, multi verò illis inuideant, quos Deus fauore singulari prosequitur. Quia tamen ista alterius loci sunt, nunc ad Christi verba redeamus.

Exod. 32.

2. Sam. 24.

Hæc enim, ut magis eluceat ipsius bonitas & pietas erga ecclesiam, mercenarij sibi ipsi opponit, & eiusmodi hominum mores sunt, diligenter explicat. Vbi ante omnia videre oportet, qui nam ab illo mercenarij dicantur. Sunt enim qui hoc nomine omnes eos comprehendunt, qui ex ministerio viuunt. Sed idem Christi verbis & exemplo conuincuntur, qui communem legem, quæ operarium suam mercede dignum esse pronuntiat, ad Apostolos quoque & horum successores extendit, & cum seipsum simul & discipulos miraculose alere posset, ab ijs tamen victum accepit, quibus docendo iniebat. Lucas enim Cap. 8. mulieres aliquot opulentiores nominatim recenset, quæ ipsi de suis facultatibus ministrauerunt. Præterea, si illorum opulentiores nominatim recenset, quæ ipsi de suis facultatibus numerum referre oportebit, quos Paulus ex ecclesiæ ministerio vixisse scribit. 1. Cor. 9. Quare Mercenarij hoc loco dicitur, non qui legitimum & ordinarium ab ecclesiâ stipendium recipit, sed qui solius stipendij causa ad ministerij ecclesiæ accedit, nihil planè huius facturum, si qua alia ratione commotus viuere, aut quæstum maiorem facere posset. Et tales quidem semper fuerunt inter eos etiam, qui veritatis doctrinam pure prædicarunt. Ex horum numero erant, quos Christus in cathedra Moysi sedere ait, & quorum præceptis obsequi, vitæ verò exemplum cauere iubet. Tales etiam erant, qui Pauli tempore per inuidiam & contentionem euangelium prædicabant, ut eo prætextu ambitionis suæ satisfacerent, & de quibus ipse scribit: Omnes quæ sua ipsorum sunt querunt, non quæ Christi sunt. Et quam multi hodie horum similes passim inueniantur, pijs omnes cum gemitu & dolore sentiunt. Vbi tamen etiam atque etiam cauendum est, ne præcipiti nimis iudicio aliquem damnemus, quando quo quisq; animo præditus sit, non ante quam in periculis grauioribus & necessitatis tempore cognosci potest. Neg. ex illis, quam diu Christum pure prædicant, aliquid periculi pijs imminet, Quæ potius nostram obedientiam per hos probat Deus, an eum scilicet honorem verbo ipsius deferamus, ut nullo habito personarum respectu, illi simpliciter credamus, vel num fides nostra ab hominij iudicio & auctoritate pendeat.

Mercenarij quid dicitur à Christo.

Philip. 2.

Sed mercenarij descriptionem ex ipsius Christi ore audiamus. Mercenarius (inquit) & qui non est pastor (verus scilicet & bonus) & cuius oues non sunt propriæ, id est, qui non pro suis agnoscit, scriptio. quos ipse fidei credidit Dominus, nec cogitat fore tempus quando mihi, principi pastoris, de illis rationem reddere cogatur: Is (inquam) si lupum venientem videat, mox oues deserit, & lupo locum dat.

N



Lupus Satan.

qui miser as rapit atq; dissipat. Ille verò fugit, quia mercenarius est, id est, quia non alterius
 sterij finem sibi propositum habet, quam ut ex eius stipendio comode viuat atq; dicatur, nulla
 cuius salutis vel glorie mea cura tangitur. Hæc (inquã) mercenarij descriptio est, quæ
 intelligatur, quis iste lupus sit scire oportet, & quomodo is contra gregem Domini veniat. Et
 tan, quem alibi scriptura Leonem rugientem dicit, & qui hoc unum agit, ut Christi oves quaerens
 sione dissipet & rapiat. Habet autem omnis generis ministros, quorum opera vitur. Ex horum
 sunt heretici & falsi doctores, quos Paulus Act. 20. lupos graves nominat: et quidem meriti
 alia nocentior ecclesiarum pestis est, quam cum doctrina inficitur, ut venentur fiat, quod omnino
 esse debebat. Sequitur hos proximo gradu scelerum magistrum, & discipline publicæ corruptio
 rum opera fit, ut vita Christi abnegent, qui illum ore profitentur, et diabolo seruiant qui illi
 mo nomen dederunt. Et hi quidem omnes eo nocentiores lupi sunt, quod intra ipsum ovile &
 grassantur, atq; pellibus ouillis vestiti sunt. Accedunt his aliunde tyranni persecutores, qui
 aperta vi grassantur. Omnibus verò his simul proprium est, quod oves rapiunt & dissipant.
 enim, dum vel ex via salutis abducunt per superstitionum errores & scelera, vel obsequium
 dunt. Dissertunt verò & dissipant, dum unitate ecclesie sectis varijs & diversis scindunt, nec
 sacros prohibent, quibus ad seruandam ecclesie societatem nihil vitium & magis necessarium est.
 bus autem istis maximè periculum pastoribus imminet. Quia enim hos sibi quam maximè ob
 satan, eos etiã potissimum oppugnat. Aduersus hos ergo certamina & disputationes instituit
 tici instituit, quarum ipsis hic ferè scopus est propositus, ut ouibus iniustos & suspectos reddant
 imprimis per conuicia & calumnias peiunt. Epicuræi omnis disciplina oves. Hos ipsi ma
 ranni infestant, quorum ea ferè calliditas est, ut ecclesie pacem tuam pollicentur, modo hoc an
 flores siue ministros eiciant, aut sibi eradant, qui seditionis sermionibus omnia turbent. Et
 alexander Macedo oratores sibi dedit, quos in Athen. repub. suis consilijs quam maxime
 uersari sciebat: ita hodie multi solos ministros ecclesiarum peiunt, quia his sublati sibi ad
 facile via esse vident. Vitia verò tunc omnium animis insidiet apologet ille Demosth. quo
 ses suos in officio contumuit, ne in publicæ salutis custodes aliquid per se detentarent. Sed
 rum stoliditas, ut canes fidos sponte lupus deat, aut saltè eiciant, quasi ea ratione lupi
 ringui possit, qui potius maiori audacia insurgit, quando nemine esse vident, qui ipsos con
 fiat. At ubi res ita constituta sunt, tunc discrimen apparet inter fidos pastores & mercenari
 enim tunc demum omni studio excubant pro ecclesiarum salute, & hereticos quidem scriptura
 uincunt, disciplina contemptores seueris admonitionibus atq; increpationibus coercent, casti
 biles excludunt, ne propter illos euangelium & fides Christiana male audiat: aduersus tyran
 dis consolationibus omnes confirmant. Ecclesias deniq; non deserunt, nisi hoc ipsa omni salu
 he ipsis aliud digressis cuius agere possint. Tunc ergo Christi consiliu secuti, melioribus
 sese seruant. Quod si autem ex suo discessu ecclesie ruinam imminere, & scandalu infirmis
 millies potius perire malunt, quam unam ex Christi ouibus perdere. Tales olim Apostoli
 cui Acto. liber & epistole ipsorum testantur. Talis Athanasius fuit, qui per annos 64. in
 taminibus & insidijs exercitatus, interdum quidem fuga sibi consuluit, statione verò suam man
 ruit, quo minus vel docendo vel scribendo ecclesie prodesset. Talis etiam fuit August. qui
 sis ecclesie pastor 40. egit, quo temporis spatio & proteruentes hæreses grauius
 hereticos Manichæos cum Pelagianis & Donatistis repressit, & ne belli quidem periculum
 ecclesie tunc etiã adfuit, quando urbs à Genfericho obsidebatur. Debet his meriti adnumerari
 qui & Theodosiu propter indignam sanguinis effusionem à sacrorum comunione excludere
 tus, et Valentiniani edictis minacibus fortiter sese opposuit, cum is basilicas hereticis tradere
 Horum itaq; virtutem & studium imitentur, qui pastores boni haberi volumus. At longe alij
 rum mores sunt. Hi enim suis modo comodis intenti doctrinas falsas & hæreses grassantur
 maximè si eas à viris magnis probari sentiant. Scelerum licentiam sua ignorantia tenent, & can
 sunt, ne quem offendant, cuius amicitia sibi vitale esse arbitrantur. In persecutionibus aut
 giunt, aut licet corpore maneant, à statione tamè sua discedunt, dum officij sui immemores, al
 riones iniquas & impias descendunt, quibus veritatis doctrina proditur, & infirmi multo

Sunt igitur ex eorū numero, de quibus apud Ezech. loquitur Dominus: Pingue comeditis, lana induimini, quod crassum est mactatis, gregē non pascitis, debile non confortastis, egrotum non sanastis, contractū non obligastis, expulsū non reduxistis, perditū non quasistis. Item: Pastores seipfos pauerunt, oues autē meas non pauerunt. Sed quid iisdem minatur Dominus? Ecce (inquit) ego contra pastores, & requiram oues meas de manu eorū, & faciam eos cessare ne pascant posthac oues, neq; pastores pascant ultra seipfos, &c. Quibus adde, quae Zach. 11. & Malach. 2. in eandem sententiam de pastoribus ignavis dicuntur, quae item Christus Matth. 24. male fidei œonomo & comessatori denuntiat. Hæc obseruent queso, qui hodie doctrinas quasuis seminari patiuntur, disciplinam collabi sinunt, imo ipsimet cum ebriosis, aleatoribus, deieratoribus temerarijs, scortatoribus, adulteris, vsurarijs, sanguinarijs miliribus & quibusuis alijs colludunt, & ad omnia conuiuent, imò in periculis pudicis miserie vergunt, ut apud omnes in honore sint & pretio. Inueniuntur tales passim, & per hos nostri seculi ingraturudinē & euangelicā libertatis abusum Deus punire solet. Non tamē illi impūne hoc ferent quod faciunt, sed aliquādo ignominiam extremam subibunt, & de illorū manibus omnium eorum sanguinem requiret Deus, qui ipsorum incuria pereunt. Vide Ezech. 3. & 33.

Accedamus nunc ad alteram boni pastoris notam, quam hoc loco Christus describit. Repetit autem propositionē: Ego sum pastor ille bonus. Et mox illud probat: Quia agnosco oues meas, & agnoscor a meis, &c. Quo loco agnoscendi verbum non nudam alicuius rei notitiā aut cognitionem significat, sed simul curam diligentē & custodiam cōprehendit. Ut enim reprobis dicitur: Non noui vos, id est non pro meis agnosco, quos in meam fidem recipere & tueri debeam: Ita suos electos Christus nouisse dicitur, quia illos curat & respicit, neq; eos abs se alienari sinit. Ideo Paulus dicebat: Solidū fundamentum Dei stat, habens sigillum hoc, Nouit Dominus qui sint sui, &c. Et ergo argumentum Christi tale: Qui boni pastores sunt, ij oues suas norunt, adeoq; eas in numero habent, ut nulla earū ipsi inscius perire aut à grege separari possit: quæ cura facit, ut vicissim ipsi quoq; agnoscantur ab ouibus. Atqui ego meas oues noui, & ab illis etiā agnoscor. Ergo pastor ille bonus reuera sum, quem me esse dixi. Ad minoris confirmationem siue explicationem pertinet, quod addit: Sicut nouit me pater, ita & ego noui patrem, &c. id est, Quemadmodum me pater pro filio suo agnoscit, meq; diligit & sibi coniunctissimum habet, ego item vicissim illum patrem agnosco, neq; à nobis inuicem diuelli possumus: Ita meas oues agnosco, quas ille mihi dedit, & quia pro iisdem animā meā expendo, nunquam poterō eas negligere, quas tanto pretio redimere dignatus sum. Hic verò obseruabimus, quod quas hucusq; simpliciter oues dixit, nunc dixerit S V A S oues esse ait. Ratio eius dicti est, cum quod eas pater illi dedit, tum quod eas ipse sanguinis sui pretio acquisiuit. Petitur hinc consolatio dulcissima, qua fidem nostram in omni tentationum genere confirmemus. Præterea officij nos multuarām admonet. Primum enim qui ecclesiarum ministri sunt, aut in magistratu versantur, cogitent sibi non cum asinis aut canibus, sed cum ouibus Christi rem esse. Si ergo illum amant, & eius offensam metuunt, in ijs pascendis non labori parcant aut industria. Deinde priuatim singuli cogitent, eos, quibus cum vitā degunt, eiusdem gregis cum ipsis oues esse, & proinde neminem eorum ledant, neq; scindant vnitatis Christiane vinculum. Adhæc discant omnes, quid suo pastori debeant: Amorem nimirum atq; obedientiam. Turpe enim & execrabile scelus fuerit, eum pastorem agnoscere nolle, qui nos ouium loco habet, quos optime iure negligere poterat. Eius ergo exemplo excitati, ipsum totis animis amplectamur, & eiusdem præceptis obtemperemus, quæ verba vitæ æternæ continent. Illi debetur benedictio, honor, gloria & pax in æternum. Amen.

H O M I L I A X C V I I I .

Alias etiā oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili: illas quoq; oportet me ducere, & uocē meam audient, fietq; unum ouile, & unus pastor. Propterea me pater diligit, quia ego pono animā meā, ut rursus sumā eam. Nemo tollit eam à me, sed ego pono eā à meipso. Potestati habeo ponendi eā, & potestati habeo rursus sumendi eā. Hoc mandatū accepti à patre meo. Dissidiū igitur rursus factū est inter ludæos propter sermones istos. Dicebāt autē multi ex ipsis: Dæmoniū habet, & insanit: quid eum auditis? Alij dicebāt: Hæc uerba non sunt dæmoniū habentis: Num dæmoniū potest cæcorū oculos aperire?

DOcuit hucusque Iesus Christus, se verum & bonum illum pastorem esse, quem olim per
 eas Deus promissit. Est hoc diligenter tenendum, primò ut nobis certò constet, quem
 beamus, si salutem velimus consequi. Deinde ut ex eo consolationem petamus in omni tenentem
 genere, quod Davidem olim fecisse scimus vna cum prophetis, qui inter pericula & adversa
 hominibus salutem in vno Christo monstrauerunt, quem omnia fidei pastoris officia fideliter
 esse vaticinati sunt. Ceterum ut doctrina hæc nobis certa & solida sit, duo præterea cogita
 ria sunt. Primum, qui nam ad huius pastoris gregem seu ouile pertineant. Alterum, que
 sit ratio sit, qua & se pastorem fidem esse declarauit, et præcipuo pastoris officio functus est. De
 igitur in præsentem differit, & ita tractationem istam concludit. Istis verò mox etiam subiungit
 gelista, quis illius fructus siue effectus fuerit.

Qui ad ouile
 Christi perti
 neant.

Quoad primū, certa & diligenti inquisitione opus est. Fuerunt enim omnibus seculis, & hactenac
 sunt, qui ouile istud Christi, id est, societate salutis vel finibus artioribus concludere, vel nimis
 tendere & dilatare conati sunt. In primo Iudæi peccarunt, qui promissiones de Messia &
 iuuili ad se solos pertinere putarunt, quod et maiores suos olim his prærogatiuis ornatos, fidei
 scripturis Dei peculiū dici audirent. Reliquas ergo gentes vix alloquio dignati sunt, ad
 iudicant, quibus salutis promissiones comunicarentur. Et ita omnium animis hæc per
 rat, ut Apostolos quoque post acceptum spiritum sanctum de vocatione gentiū peculiari
 oportuerit, quam Petro oblatam fuisse. Lucas Acto. 10. scribit: & idem nonnullos Petro
 ait quod Cornelio Centurioni euangelium prædicauisset. Nec multò post hæc ipsa res tantam
 sia turbas excitauit, ut Concilij Apostolici autoritate eas componi atque sopiri oportuerit, cuius
 non tanta fuit autoritas, quin multi Paulo & alijs indefinenter negotiū fecerint, eo quod
 Etriam ad gentes deferrent. Hodie autem eodem cum Iudæis errore tenentur, qui ecclesie sine
 mana ecclesie pomeria restringunt, & de necessitate salutis esse aiunt (ut illorum verba
 nem animam subesse Romano Pontifici. Errant hi omnes, & de Christi regno sine ecclesie
 norifice sentiunt, quod eam vel vni genti vel loco alicui certo alligari arbitrantur, cum
 eisdem eius fines, qui sunt orbis terrarum constituant, & absque gentis & personarum
 eam admittantur, quicumque Christum vera fide apprehendant. Rursum in contrariam partem
 errant, qui ne quem temere damnare videantur, quenque in sua religione seruari posse
 huius loci autoritate nimis audacter abutuntur, dum generalem ex eo de vniuersali communi
 num salute prophetiam fingunt. Nunc quidem (aiunt) diuerse sunt hominum de fide & religio
 tentiones: at quia idem omnibus finis propositus est quod nimirum Deo seruire, & in illo
 unt, nemini suus error siue ignorantia fr audi erit: sed olim in magno illo die Deus omnes homines
 se colliget, & erit ouile vnum & pastor vnus. Et horum quidem sententia admodum placet
 carni & huius seculi sapientibus, quod ad publicam concordiam plurimum momenti consistere
 & ideo sectatores quam plurimos inuenit, adhuc fortassis plures habitura, si Origenem
 los etiam tandem saluos fore dicerent. Et hi reuera ex ouili Christi hæreticorum vel omni
 rarum commixtionem & stabulum faciunt, quando in illo porcis etiam, & leonibus &
 nig, & sædisimis quibusque, qui in bestias degenerarunt, locum dant. Nec multum ab horum
 tia abluunt, qui cum Chiliastris aureum seculum fingunt, quo pacem vniuersalem in totum
 tui oporteat, ut omnium gentium homines sub Christo pastore sui & tranquilli degant. Et
 Isaiæ etiā locos detorqueant, quales sunt. Comorabitur lupus cum hædo, & pardus cum agno
 bit, iuuenens item & leo & pecus pingue simul erunt, & puer parvus ea ducer: vacca &
 tur, & c. vide Isa. 11. At longe aliter Christus loquitur, cuius verba si propius inspicimus, p
 iusmodi sententias validissime confutant. De solis enim ouibus illi sermo est, quarum vniuersa
 dentes intelligi possunt, ut alibi diximus. Et alias quoque, oues habeo (inquit) que non sunt ex
 li, id est, ex Iudæis, quorum pastorem hactenus egi, reliquis omnibus præteritis. Itaque de gentium
 tione loquitur, quam olim propheta etiam aperte prædixerunt, quoties de eius regno prædicauit
 & hanc superbæ Iudæorum confidentie opponit, qui se solos ad salutis promissæ confortium
 putabant. Quia tamen mysterium hoc nondum manifestari oportebat, rectius loquitur, qui
 peritos offendat. Et se quidem oues alias iam habere ait, & ouium nomine eos dignatur, qui

Extrauag. Bo
 nis. Ca. Vnam
 sanctam.

diceret, lupi potius & porci aut immanes bestie dici merebantur. Sed ad aeternum electionis seu praedestinationis decretum respicit, secundum quod in Dei conspectu iam oves erant, licet per innumeras superstitiones dispersi & ferarum pellibus tecti oberrarent. Et igitur haec locutio diligenter observanda, ne de aliquo temere desperemus. Potest enim fieri, ut ex electorum numero sit, qui nunc lupi & porcum agit, & non alienus modo ab ecclesia, verum etiam eius vastator est, sicuti in Pauli exemplo apparet, ut quod hic de gentibus dicitur omitamus.

Hic vero observabimus primo, quod discrete vnicum modo sui gregis ovile Christus esse ait, non plura aut diversa. Est ergo vnica electorum omnium ecclesia ad cuius gremium siue societatem, sub vno pastorem Iesum Christum, omnes eos colligi oportet, quicunque servari volunt. Docent hoc etiam parabolae, quibus ecclesiae mysteria scripturae adumbrant, & quibus typos etiam veteres connumerare licebit. Sic vna modo arca fuit, in qua diluvij tempore humani generis reliquiae servatae sunt. Sic vnum modo templum in Iudeorum gente Deus esse voluit, ad quod ceu publica parochiam omnes confluerent, & illic sacra obirent, quibus redemptio nostra per Christum olim perficienda adumbrabatur. Eodem facit, quod vna quocumque sponsam, non plures, Christo scripturae tribuunt, qui per Solomonem clamat: Sexaginta sunt reginae, & octoginta concubinae, & innumera puella: Vna illa est columba mea, perfecta mea, vnica illa est matri suae, &c. Plures quidem fateatur esse per totum orbem ecclesias particulares, sed ex omnibus illis vniam catholicam seu vniuersalem constituit, quam pro sponsa sua agnoscat. Sic vniam modo vineam, vni corpus, vniam domum scripturae indicat, quae ecclesiam Christi representent. Et hanc in Symbolo nobis Apostoli olim tradiderunt. Vt enim vni Deum confitemur, Patrem, Filium & Spiritum sanctum: ita vniam agnoscimus ecclesiam catholicam, quae omnium sanctorum communio sit siue societas, & in qua sola caelestis gratia & salutis thesauri repositi sint, qui remissione peccatorum, carnis resurrectione & aeterna vitae fruitione continentur. Quicunque ergo ab huius societate alieni sunt, iidem salutis etiam consortes fieri non possunt, quam diu alieni manserint. Alieni vero sunt, quotquot fide vera in Christum Iesum desistuntur, qua sola purificamur, ut ex Dei domesticis censi possimus. Turpis ergo & simul perniciosus illorum error est, qui dum queng, in sua aut maiorum suorum religione servari docent, multa & diversa ovilia conluunt. Hi certe dum hominibus parcunt, nec aliquem temere damnare volunt, in ipsam Deum blasphemii sunt, & omnem religionem simul a medio auferunt, ut alibi diximus. Nemo igitur sibi blanditias fingat temere, sed curent potius singuli, ut Christi oves sint, & ad huius ovile collati in ipsa salutem atque vitam inueniant. Vt vero consolationem dulcissimam habet, quod oviles istius fines per totum orbem extendi, nec quengquam propter gentem, aut sexum, aut prioris conditionis respectum ab eo excludi scimus: Ita simul officij istud nos admonet, ut omnes eos amore sincero & fraterno complectamur, quos sui gregis oves, imo sui corporis membra Deus nobiscum esse voluit. Quia enim vnum corpus sumus, vnus item omnium spiritus, vna & eadem vocationis nostrae spes, Ephes. 4. adhaec vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus denique omnium Deus & pater est, turpe & nefarium fuerit, aliquas causas comminisci, propter quas mutuae charitatis & coniunctionis fra-

Deinde observemus etiam, quomodo ad Christi ovile nos colligi oporteat. Illas quoque oportet me ducere (inquit) & vocem meam audient, fietque vni ovile & vnus pastor. Quibus verbis etiam completum. Primo se totius negotij auctorem facit, sine cuius auspicijs & virtute nihil hic recte fiat. Annui hoc, quando se oportere dicit eas ducere. Ipse ergo verus pastor est, & huic vniuersa nostra salutis gloria transferri debet. Ita vero factis viam omnem praeccludit, quae inter Christianos quoque excurrunt, si qui euangelij ministris nimium tribuant: sicuti Corinthiorum exemplo Paulus docet, de quo iam antea non semel diximus. Deinde modum & rationem huius ductionis exprimit Vocem enim verbum suum vel Euangelium intelligit, cuius praedicatione ecclesiam generari & colligi, omnis scripturae docet. Tertiò vocem hanc ab omnibus audiri & agnosci ait, sicuti fieri, ut ad vnum ovile sub vno pastorem omnium gentium electi conueniant. At quomodo (inquit) Christi vocem audierunt gentes, cum ad illas ipse nunquam accesserit, quin aperte fateatur, se ad perditas modo Israelis oves missum esse, quo nomine Paulus illum Circumcisionis Apostolum fuisse dicit: Respondet hic ipse, quando discipulis ait: Ire in orbem vniuersum, & praedicare euange-

Vt ad Christi ovile colligamur.



lium omni creaturae, & cetera: Quia enim isdem prius dixerat, Qui vos audit, me audit: ipsius Christi vox in Apostolis sonuit. Itaque quicumque etiam hodie euangelij doctrinam, & suum ministerio olim nobis traditam audiunt, & hanc secuti Christum pastorem suum agnoscunt, hinc vni omnium sua salutis gloriam tribuunt, hi Christi vocem audiunt, & ex cuius voce hinc sunt, simulque cum reliquis electis ad regni caelestis hereditatem admittentur. Facit ad hanc rationem quod infra Capite decimo septimo discipulos suos Deo patri commendans, inter cetera dicit: Non autem pro eis tantum rogo, sed etiam pro ijs qui credituri sunt per sermone vestrum, ut omnes unum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, ut & ipsi in nobis unum sint: & cetera. Ergo ecclesia Christi communio & societas eorum, qui per euangelium vocati, hinc fidem ad hunc illum unum sua salutis vindicem agnoscunt, fidemque suam debito obedientia & studio reseruant, definitio ut hypocrisis arguit, & ab omnibus porcos, lupos, & eius generis in praesentibus distinguit: ita docet, eos demum propagando & defendendo Christi oculi bonam operam suam euangelij doctrinam fideliter tradunt, & eam pro virili sua defendunt. Quod si verò eorum operam suam patu conferas, mox patebit, quam indigni sint ecclesiae titulo, qui hinc subsum, cum neque Christum audiant, neque sub hoc uno pastore ad unum ovile colligantur, sed in sectas infinitas dissipantur, quia de hoc alibi diximus, hac modo annotavisse sufficiat.

Mortis Christi ratio.

Redeamus ergo nunc ad Christi verba, qui cum nuper mortis suae meminisset, & eo proposito probasset, se bonum illum pastorem esse, quod vitam pro omnium salute deponere vellet, in praesentibus mortis suae rationem omnem exponit, & simul duo gravissima scandala in medio tollit, quorum mortibus in fide ex ea obijciuntur: Primum, quod multi eum propter acerbum & contumacem mortis genus Deo iniusum fuisse, & proinde hunc illius merito nequaquam placari potuisse videtur. Et horum sententia videtur favere, quod in Lege scribitur: Male dicitio Dei est, si quis in proprio. Deuteronom. vigesimo primo capite. Alterum, quod carnis ratio eum pro servatore mundi non agnosceret, quem hostium vi eductum putat, & in ignem hanc extremam suam vitam primum pertinere. Propterea me pater diligit, quia ego pono animam meam, ut rursum sumam. Sensus est: Tam abest, ut propter mortis genus Deo iniusum haberi debeam, ut potius bonum in primis ille me diligat, quod aeterno eius decreto obtemperans in mundum veni & hominibus sum, ut & animam in morte pro mundi peccatis ponere, & eandem rursum assumere, capere mortem simul & inferos debellare possem. Quis enim filium usque adeo sibi obedientem non dedit? Quis tanto obsequio non delectetur? Et ita hunc locum Paulus exponere videtur, quando ad Philippen. scribens, Christum propter hanc obedientiam suam exaltatum esse ait, & nomen eius quod est supra omne nomen, ut in nomine Iesu omne genua curvetur caelestium, terrestrium & inferorum. Et hoc ingenis divinae bonitatis erga nos argumentum, & salutis nostrae vehementer confirmat, quod eius amoris causam quo filium Deus pater complectitur, hinc nos refert, seque ideo à patre diligi testatur, quod ut nos redimat mortem subire dignetur, itaque in mensum esse amorem illum, quo humanum genus ille prosequitur, quando dilectum in mortem dare voluit, ut illius saluti consulere. Quis ergo posthac de Dei erga nos summi caritate dubitet? Aut quis salutem nostram incertam & dubiam esse suspiciat? De Christi nomine manifestato caelestis testatur pater: Hic est filius ille meus dilectus, in quo placatus sum. Num ergo nos odisse potest, qui filium proprium propter nos diligit? Est hac efficacissima ratio in tentationibus, qua sola omnes conscientia terrores pelleret, & diaboli suggestiones proteret. Discamus autem ipsi etiam ad Christi exemplum ex Cruce argumenta petere, quod nos ad Deum diligimus, nos à Deo diligi. Solent patres filios castigare quos diligunt. Cur ergo nos Deo diligimus, quando paterna virga ab eo castigamur? Et si filij proprii obedientiam, quam in Cruce Deus tantopere delictatus est, non dubitemus ei gratissimum quoque officium fore, si ipsi hanc Christi exemplum imitemur. Et quia Dei decretum est, regni caelestis heredes facere, qui conformes sunt in cruce, absurdum foret illos sub cruce laborantes odio prosequi. Accedat hinc cruce carnis nostrae petulantia dematur, ne cum mundo incurabili damnemur, & talem

rimarum virtutum semina atque occasiones nobis subministrat, imò spem atque fidem nostram acuat, dum in illa potissimum veritatem promissionum Dei experimur. Vnde Paulus in omnium credentium persona loquens dicebat: Gloriamur in afflictionibus, scientes quòd afflictio patientiam efficit, patientia verò experientiam, experientia autem spem, spes verò non pudefacit &c. Et hic quidem saluberrimus euangelij & fidei in Christum fructus est, quòd aduersa non mitigat modò, verum etiam ex illis certa salutis & diuinae gratiae argumèta colligit, quae omnes casus praesentis vitae nobis letos & incundos faciunt, & nos ipsos aduersus omnem fortunam, diaboli & mundi astutias inuictos reddunt.

Ad alterius scandali confutationem pertinet, quod sequitur: Nemo tollit animam meam à me, sed ego pono eam à meipso. Potestatem habeo ponendi eam, et potestatem habeo rursus sumendi eam; Hoc mandatum accepi à patre meo. Quasi diceret: Non est quod quenguam mea mors offendat, quasi hostium potentia victus succubuerim. Primò enim nihil mihi praeter meam voluntatem accidet, neq. illi mihi iniurto aut reluctanti animam eripient, sed ego ipse eam volens deponam, & (quod modo dixi) aeterno patris decreto me obsequentem praebeam, & miseros mortales ex morte & perditione redimam. Deinde etsi moriar, nihil tamen meae potentiae aut maiestati decedet, sed salua & integra mihi manebit vitae & mortis potestas. Itaq. ut volens animam meam deponam, ita tercio die eadem rursus ad corpus assumpta à morte resurgam, & me mortis victorem esse declarabo. Et hac quidem nec temere neque ambitiosa ostentatione faciam, sed ut Deo patri obtemperem, qui hoc mihi in mandatis dedit. Itaque hoc meum obsequium non potest non patri gratissimum esse, simulq. mihi gloriosum erit, quia hac ratione caro quoque mea in caelestis gloriae consortium subuehetur. Faciam autem etiam ista ad nostrae salutis atque redemptionis certitudinem. Primò enim quia volens mortem obijit Christus, & in eo patri obediens factus est, potuit eius mors sufficiens esse pro peccatis nostris sacrificium. Quo Paulus respexisse videtur, quando ait: Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita per obedientiam unius iusti constituentur multi. Deinde quia animam suam Christus pro sua voluntate ponere & rursus assumere potuit, utique mortis & vitae dominus est, & proinde eos, qui in se credunt, ab illis quidem redimere, hac verò donare potest. Ad hoc, quia hoc omne aeterno Dei decreto nititur, non poterit salus nostra dubia aut irrita esse, nisi decretum suum Deus simul irritum facere velit: id quod factum est impossibile. Nam ut Dauid canit, consilium Domini manet in aeternum, neq. Deum unquam sui instituti perire potest, qui & sapientia & veritas ipsa est.

Ceterum quia Christus ita hominem assumpsit, ut vicissim sua dona nobiscum communia haberet, admonemur hoc eius exemplo, quae nostrae etiam mortis ratio sit, & quibus argumentis nos aduersus eius terrores consolari debeamus. Primò etsi nobis non sit liberum, animas quando nos volumus deponere, at tamen certum est, neminem esse, qui eas nobis eripere possit priusquam hora illa fatalis venerit, quam nostrae vitae terminum Deus constituit. Qui enim pilos capitis nostri in numero habet, & passerulos absque suo consensu in terram deijci non sinit, multò magis vitae nostrae dies numerat, & hominem omnis creaturae principem, ita protegit, ut nihil illi fortuitum & absque certo ipsius consilio contingat. Insaniant ergo ut liber tyranni, & cum consilijs una vires quoque suas in unum conferant quotquot rerum visu, prudentia & potentia instructi sunt, nihil tamen contra nos poterunt, nisi ita velit Dominus, cuius voluntas cum salute nostra coniuncta est. Deinde deponuntur quidem animae in morte, sed in Dei manum deponuntur, qui eas olim suis corporibus restituet, & vita aeterna donabit. Imò ipsa quoque corpora nobis reddet gloriosiora quam nunc sunt, & ab omni corruptione liberata. Denique ut Christus per mortem in gloriam patris ingressus est, ita nos quoque mori oportet, ut anima ex hoc carcere liberatae vitae caelestis fruatur, & olim corpora quoque deposita omni mortalitate, regni caelorum & immortalitatis vitae capacia fiant. Cur ergo mori metuant, qui per fidem Christo iusti, cum Paulo dicere didicerunt: Nobis vitae dominus est, mori verò lucrum? At quod de vitae huius amissione dicitur, non minus ad reliquas etiam dominus facultates sive fortunas referri debet. Ut enim vita in Dei manus deposita non amittitur, sed cum lucro tandem recipitur, ita quaecumq. in Dei manus deponimus, ea is nobis prout nostrae salutis

Christus mortuus, quia mori uoluit.

Que nostrae mortis ratio sit

consultum fore sciet, cum lucro restituet, & si non eadem aut similia dabit, iacturam tamen alijs donis faciet, quæ nobis utiliora & magis necessaria sunt. Expetemus ergo Dei benedictionem & cum Iob dicamus, si quid bonorum huius seculi auferatur: Dominus dedit, Dominus auferat, nomen Domini benedictum, &c.

Concionis Christi effectus.

Sequitur concionis istius fructus sive effectus memorabilis. Dissidium ergo (inquit Ioannes) factum est inter Iudæos propter sermones istos, &c. Videtur hoc verbum Christi omnino certum esse. Dixerat enim unum ovile ex Iudæis & gentibus fieri oportere, ut sub ipso pastore simul in fide consentiant. Et ecce inter ipsos Iudæos dissensio oritur, quibus priusquam hoc illi diceret, probe inter se mutuo conveniebat. Et quidem R V R S V M ait dissidium factum esse, ut dicitur hoc non novum fuisse, sed prius etiam non semel contentiones ob eius doctrinam fuisse extitisse, sicuti in tribus Capitulis proximè præcedentibus vidimus. At meminimus Christum de eodem loco locutum fuisse, quas simul omnes ad se colligi oporteat, ex auditoribus vero, qui tunc aderant, rosque fuisse hircos & canes, imò etiam lupos, quibus nunquam poterit cum ovibus communitatem ergo eius generis dissidia offendant, quæ ut non nova & prius inaudita, sic bona & utilis eò quod his oves discernuntur ab hypocritis, qui illis permixti latent, donec res in contentione tiorum venit. Audiamus verò viriusque patris de Christo iudicia. Primi ad dicendum adhiberunt hunc locum, ut impune his verbis: Dæmonium habet & insanit, quid eum auditis? Et sic ergo hic sermo profusus, ut omnes ab eo audiendo absterreant. Rationis autem loco priora convitia reperimus, quibus lo demonio agitur insanit. Et sic hic mos impiorum, quod non contenti sua contumacia, sed etiam alios in sceleris impietatem secum abripere student, neque illis aliud perinde docet, quam plurimos Christi doctrinæ aures præbere & ea delectari videant. Quia verò rationibus pugnat, quibus pugnare non possunt, convitijs agunt, & horrendis sectarum, hæresum, diabolorum demonesque, quæ nunquam non pleno ore detonant, illam inuisam aut suspectam facere conantur. Tunc tunc generis multa hodie, sed tunc nos vetera hæc exempla in mentem revocare oportet, qui offendamur.

Christus suos quoque habet patronos.

Cæterum impijs adversariorum Christi, vocibus, opponunt se alij, quorum mentes Deo afflauerat, ut de veritate rectius iudicare possent. Et hi quidem non convitia regerunt, sed verbis idoneis & firmis pugnant. Primum enim re ipsa adversarios convincunt, dicentes: Hæc verba sunt dæmonium habentis. Quasi dicerent: Qui dæmonio agitur et mente capti sunt, hi convitijs & absque ordine quidvis loquuntur, aut etiam impias in Deum voces, & in proximos quoque injuria dira effundunt. At nihil tale Christus, qui certo ordine de rebus divinis & cognitiis mensuravit, adhuc omnium salutis unice studet. Ergo iniuriam ei faciunt, qui illi dæmonio detinentur, et sic hic observatum dignum, quod ex ipsis Christi verbis argumentum petitur, quo ipsum dæmonium Ergo Christi doctrinæ eiusmodi est, ut si recte inspicatur, ipsa ad suorum sectarum atque adversariorum defensionem sufficiat, neque opus sit aliunde præsidia conquirere, quibus illi suam doctrinam propugnent. Accusamur hodie, quod in Deum & Divos contumeliosi simus, quod de doctrinam scandamus, sacramenta prophanemus, peccandi licentiam inuehamus. At hic non malitiosa excusatione opus est. Inspectatur doctrinæ nostræ, quæ ex euangelij fontibus derivatur, & patebit nobis iniuriam fieri. Deinde ex diaboli ingenio & natura argumentantur: Num dæmonium potest cæcorum oculos aperire? Sensus est: Diabolus ad salutem hominum ex se nihil conferre, neque ille quæquam illuminat, qui potius omnes excæcare & perdere studet. At Christi nati oculos aperuit, & quotidie beneficia salutaria quibusvis ad se venientibus confert. Ergo de constat, ipsum nihil cum diabolo commercij habere. Confutatur hoc argumento, qui hodie in superiorum adiutores sequuntur, & ab illis opem atque auxilia petunt, qui eius sermo sunt, qui supra ab initio mendacem & homicidam fuisse dixit. Discamus deinde hoc exemplo ipsi dæmonium quavis ex effectis eius iudicare. Næ ut Christus ait, ex fructu arbor agnoscat. Damnamus hodie doctrinæ & impietatis euangelij doctrinam. Dicamus ergo: Num qui impiè seducti, ad vana omnes per Christum remittunt? num in vno hoc omnem salutis rationem ostendunt? num in vno & veritate Deum colere, carni & peccato mori & in Christo ad vitam novitatem referre?

Rursum aduersarij suas superstitiones ecclesie & Spiritus sancti titulo atq; auctoritate defendunt. Hos ergo similiter effectis ipsis confutemus. Num ecclesia salutē alibi quam in Christo querit? num alterius quam sponsi sui vocem audit? num noua onera suscipit? num contempta libertate, in quam Christus eam asseruit, hominum seruitio sese subijcit? num abiecto Christi nomine ab hominibus noua rum superstitionum inuentoribus denominatur? num Spiritus sancti opera sunt, Deum externis lar ras colere, sub religionis prætextu aliorum bona inuadere, domus viduarum et orphanorum deuora re, de salutis certitudine dubitare, scortari, mæchari, idola colere, creaturas inuocare, et infinita alia facere, quæ Dei verbo prohibentur? Ad eundem modū de Papa, episcopis & toto illo clero Roma nensi iudicium fiat, & mox patebit, quo loco omnes isti habendi sint. Nobis verò totius tractationis, quæ hucusq; exposita est, hic vsus sit, vt vnum pastorem Iesum Christum agnoscamus, illius tantū vocem audiamus, & relictis superstitionibus ad ipsius ouile colligamur, in quo solo æternæ salutis thesauri repositi sunt: Illi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum, Amen.

HOMILIA XCIX.

Facta sunt autem Encænā Hierosolymis, & hyems erat: & ambulabat Iesus in templo, in porticu Solomonis. Circuuederunt ergo eum Iudæi, & dixerunt ei: Quousq; animam nostram suspendis? Si tu es Christus ille, dic nobis aperte. Respondit eis Iesus: Dixi uobis, nec creditis: opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testantur de me. Sed uos non creditis: non enim estis ex ouibus meis, sicuti dixi uobis. Oues meæ uocem meam audiunt, & ego cognosco eas, & sequuntur me. Et ego uitam æternam do eis, nec peribunt in æternum, neq; rapiet eas quisquam è manu mea. Pater meus qui dedit mihi, maior omnibus est: neq; quisquam potest eas rapere è manu patris mei. Ego & pater unum sumus.

Quemadmodum homini, vt saluus fiat, nihil tam necessarium est, quam uera & solida Iesu Christi cognitio, in quo omnes suæ gratiæ thesauros & salutem omnē Deus pater nobis pro posuit: Ita ipse Dominus, quando in terris hisce uersatus est, hoc unum egit, vt ueram sui & salu tis in ipso exhibitā cognitionem traderet, & in ea operibus quoq; eos confirmaret, qui iam credere ceperant. Fit hoc ipsum in toto huius cap. contextu. Nam prima huius parte multis & diligenter ostendit, se uerum illum & bonum pastorem esse, quem propheta uenturū olim prædixerunt, simulq; docuit, quid eos facere conueniat, qui gregis sui oues censeret, & salutis in ipso consortes fieri cupiunt. Ipsi autem nunc noua disputatio subijcitur, quæ priorem doctrinam illustrat atq; confirmat. Diserte enim & euidenter docet, se esse Christum, id est, promissum humani generis seruatorem, adeoq; uerum Dei filium, qui suos aduersus quosuis hostium conatus asserere & ueri possit. Et quia hoc dispu tationum eius omnium præcipuum caput est, euangelista non obiter modo, quid dixerit, narrat, sed eius occasionem quoq; & circumstantias omnes diligenter ex ordine describit.

Orditur autem à temporis notatione. Facta sunt (inquit) Encænā Hierosolymis, & hyems erat. Fuit autem Encænorum festum solennis templi instaurati uel innouati memoria, cui Græco uocabulo (ob frequentem apud omnes nationes tum temporis Græcæ linguæ usum) nomen illud ab immolatione indicum fuit. Facta autem fuit ista templi innouatio, cuius memoria hæc erat, sub Iuda Macchabæo, annis ante natum Christum centum & sexaginta duobus. Cum enim Antiochus Epi phanes, sacerdotum ambitione & perfidia urbe potitus, uerum Dei cultum euertisset & Iouis Olymphi idolum in templo Hierosolymitano collocasset, quod militum præsidio defendebatur, multa insuper nō minus crudeliter quam impiè aduersus ueri Dei cultores designaret (vt in libris Maccha bæorum habetur) primus Matathias contra illum arma cepit, & filijs autor fuit, vt ecclesie reli quias defenderent. Successit huic Iudas Macchabæus, qui mox sequenti anno post idolum templo impositum, Antiochi duces bello aggressus quatuor ex illis Apollonium, Seronem, Gorgiam & Lysiam, magnis prælijs uicit, & prostratis simul Antiochi copijs omnibus & urbe recuperata,

Encænā Iudæo rum.

1. Mach. 4.

De Encanijis
Christianorū.

1. Esd. 3.

Deut. 20.

Lib. 9. cap. 10.
Item lib. 4. de
uita Constanti-
ni, ubi Encania
Hierosolymit.
ecclesie de-
scribit.

templum repurgauit, idolum excussit, & aram vnā cum templo sacris legitime factis rursus de-
cauit. Factū hoc circa finē anni tertij die vicesima quinta mensis Cisleu, qui partim Decembri
stro, partim Decembri responder. Quia autē in eo Deus suarum promissionū fidem mirifice testifi-
cat, & hoc liberati populi instauratiq; cultus veri beneficiū multis præclaris operibus memora-
erat, construit Iudas & fratres eius, totaq; Israelis cōcio, vt dies renouationis altaris suis mem-
orarentur singulis annis, scilicet octo dies, a vicesima quinta die mensis Cisleu magno tūc
laetitia. De hoc igitur festo locus iste intelligi debet, & apparet Christū de re maximi momen-
tū magna hominū frequentia differere voluisse, vt plures erudiretur, & minus excusationis habere-
maces, qui increduli esse pergebant. Quod vt faceret, tēpus quoq; illū admonuit. Instabat enim
ra mortis, quā mox vix tribus ab hoc festo mensibus elapsis sustinuit: & ideo necesse fuit com-
dire, ipsum esse Mesiam & verum Dei filium, quō minus crucis eius ignominia offenderetur.

Admonet verō nos locus hic, vt de Christianorum Encanijis aliquid dicamus, quibus hodie
plurimæ dedicationes solemniter celebrari solent, & quide non sine superstitione, quā (vt in alijs
fieri solet) petulantia & lasciuia publica comitatur. Videntur verō festa hæc ex veteri
translata esse, & ex Iudeis originem duxisse. Apud illos enim primum tabernaculum sub
peculiari Dei mandato publica & solēni initiatione consecratū fuit, vt Exo. 40. & Num. 7.
Deinde Solomō quoq; templū abs se ædificatū magna cum festiuitate diuinis cultib; conse-
cratū. Cuius exemplū postea imitati sunt, qui post reditū ex Babylone nouum templū extruxerunt,
bus nunc postrema hæc per Iudam Macchabeū facta eiusdem tēpli consecratio accessit, de qua
diximus. Fuerunt autē hæc pia & sancta exercitia. Debent enim actionum omniū initia cum
rumatione & precibus fieri, quando constat sine Dei auspicijs nihil bene aut feliciter fieri, quā-
sa fuit, quōd priuatis quoq; domus recens extructas pij homines non antea incoheret, quam
gratiarum actione & precibus dedicauissent: cuius rei exemplū in Dauidē Psal. 30. proponit.
li tempore à prælio abstinere iubebantur, qui domus nouas ædificarant, sed illas nondum con-
rant. Quibus accedit, quōd nō absq; publico ritu à prophanis vñibus separari oportet ea, quæ
consecrata esse debent. Deinde quia inter externa Dei beneficia nullū maius & salutaris est
si tuō liceat cæteris sacros habere, in quibus Dei verbū auditur, preces sunt & sacramenta
nistrantur, decet planē vt eius memoria & recordatio nunquam non animis nostris obser-
rum ergo cōsideratione excitati veteres Christiani, in templorum dedicationibus admodum
res fuerunt, sicuti Euseb. scribit. Ad eas enim sacerdotes ex diuersis locis vnā cum populo
ueniebant, nimirū vt publica congratulatione se mutuō hortarentur, seq; eiusdem ecclesie
eiusdē itē fidei & spiritus consortes esse testarentur. In cætu autē sacro Psalmi cantabantur,
suebant cum gratiarum actione, & ex Dei verbo singuli de ijs admonebantur, quæ ipsi scire
tu maxime necessaria erāt. Cæterum vt apud Iudeos in superstitione degenerarēt, quæ a ip-
bus bene instituta fuerāt, sic inter Christianos quoq; factū fuisse cōstat. Cum enim initio
toria & Dominica domus dicerentur, vt quæ soli Domino Iesu Christo sacra essent, et
cibus alijsq; cultus diuini exercitijs seruirent, tandem Diuorum nominibus appellari cœperunt,
aliud Petro, aliud Mariae virginis, alia alijs Diuis præcipue consecrarentur. Peperit hinc
aliud, vt dedicationis festa in Diuorum honorē instituerētur contra legē Dei, qui sub
festos sibi soli sacros esse iubet. Nulla itaq; amplius habita fuit diuini beneficii recordatio,
ciones instituta non minus inepta quā superstitione de Diuorum laudibus & miraculis
pleraq; aut à Monachis conficta, aut in alienum vsum deorta fuerunt. Accessit ad
hanc nundinatio Indulgentiarum, quibus peccatorum remissio certis locis & temporibus alijs
pit. Comites verō additi sunt, luxus, libido, lasciuia & omnis generis petulantia, quibus
maximè peccatur, quando Dei beneficia publicè debebant celebrari. Et hæc illa Encania
cationum festa sunt, quæ inter Christianos hodie retinentur, & à quibus ne ij quidem omnes
nent, qui euangelij & purioris fidei sectatores videri volunt. Eæt autem ingens corruptio
gumentum, quōd pleriq; in religione carnis licentiam quaerunt, & sub illius publico prætextu
tae libidini indulgent: & quia pauci per Dei verbum se corrigi patiuntur, eaq; procul
expediet Deus, quibus olim Iudaorum superstitiones cum totius generis excitijs exportarunt.

Secundò locus etiã notatur, vbi disputatio hæc instituta fuit: Templum nimiram, et quidem ea templi pars, quæ porticus Solomonis dicebatur, eò quòd ad veteris illius imitatione erat facta, quæ olim Solomon edificauerat. In publico igitur Christus de eo differuit, quo hostes suos quàm maximè docet. offendit sciebat. Apparet in hoc studium salutis nostræ ardentissimum, quando nulli vnguâ occasione desinit, quæ aliquos lucrifera posse sperabat. Quoties enim ingratos erga se sensit Iudeos? quoties illorum insidijs peritus est? quoties ad mortem quaesitus? Redit tamen subinde ad ingratos & sanguinarios, et ne hyberno quidè frigore se ab insituto reuocari patitur. Potant hinc consolationis argumenta, qui de Dei gratia dubitare incipiunt, quãdo illum nõ minori diligentia etiam hodie ea agere videmus, quæ ad nostrã salutem faciunt. Simul verò exemplũ Christi nos ad studiũ pietatis et ad officium quod Deo debemus, excitet. Quàm enim turpe est, nos ignavos deprehendi in salutis negotio, quod Dei filius tantã cõ industria pro nobis obire dignatus est? Et quem non pudeat hodie vel temporis vel loci incommoditatem præterere, quando Christum videt semper & vbiq; ijs intentũ fuisse, quæ propter nostram salutem à patre suo in mandatis acceperat?

Christus in porticu Solomonis

Subiicit hie tertio loco disputationis occasionem & propositionem Ioannes, Christo enim in porticu ambulanti sese eius aduersarij Iudei offerunt, & ipsum vndiq; circumstant, ne qua elabi, aut se subducere possit. Et quàmuis insidiosè faciant omnia, studiũ tamẽ veritatis & in eo magnam animorum attentione mirificè simulant. Aiunt enim: Quousq; animam nostrã suspendis? Si tu es Christus ille, dic nobis aperte. Itaq; eorum instar, qui alicuius rei cognitionem avidissimè affectant, de ipso cõqueruntur, quòd obscurius loquendo & diutius differendo liberã veritatis prædicatione, ipsos verè omnium dubios & incertos reddat, & proinde petunt, vt quis nam sit, & quæ se credi velit, liberè et verbis disertis edicat. Atqui hoc vni querunt, vt ipsum vel in cõtempnũ, vel in vitã periculũ adducant. Si enim se Christũ esse neget, multorum animos alienabit abs se, qui ipsum hucusq; secuti erant, quòd promissum Seruatorẽ esse putarent. At si affirmet, ipsum accusandi occasione habent diu quæstam. Quia enim Iudei Messia principem terrenum fore sperabant, qui eiectis Romanorũ præsidijs, ipsos in libertatem autam asserturus esset, sediciosi habebantur, quicunq; Christi aut Messie nomẽ sibi vendicabant. Pulchrè verò exprimuntur in his mores hostium veritatis. Malunt hi incertis opinionibus decipi & animis fluctuare, quàm certã & solidam veritatis cognitionem consequi, quã tunc nitũ possunt. Patet hoc in eo, quòd omnem institutione aspernantur, quã suis cupiditatibus aduersari sentiunt. Interim tales videri nolunt, sed ardens veritatis studiũ simulant, idq; quaestionib; & disputationibus crebris restatur. Imprimis verò de dissidijs doctrina & cõtentionib; circa fidei & religionis negotiũ queruntur, multos item obscurius hanc causam agere dicunt, & ita in verbi ministros se re culpam transferunt, cuius ipsi sunt præcipui auctores. Quòd si verò finẽ & scopũ studiorum omnium obserues, nõ alium videbis, quàm quòd veritate exinctã & explosam volunt: Disputationes enim liberas & æqua colloquia ceu pestem aliquam fugiunt: insidiosa autẽ instituunt, quibus nõ aliud querunt, quàm vt pij liberius quedam dicendo omnium odia incurrant, & sibipps malũ accersant. Fiumi ista hodie frequenter, nec alijs exemplis opus est, vbi experientia quotidiana loquitur. Nos verò hostiũ astutia cautos reddere debet, ne quid imprudentia peccemus in publicã salutem: nec tamen minus fortes simus in veritate asserenda, adeoq; Christi exemplũ imitemur, qui in presentia cum prudentia admirabili inuictũ animi robur coniungens, quid nos in simili casu facere cõueniat, docet. Quod vtrictius intelligamus, singulæ responsionis ipsius partes cõsiderandæ erunt, quæ bimèbris est.

Occasio presentis disputationis

Prima parte ad quaestionem illorum respondet, & se Christum esse affirmat, ea tamen ratione, vt nullam ipsius se accusandi occasionem præbeat, ipsorum verò contumaciam & voluntariam missam seruato ignoranciam grauius accuset. In vtroque autẽ duobus argumentis vtritur. Primò, Dixi vobis (inquit) & non creditis. Quasi diceret. Quid opus est interrogare quis sim, aut de me conquiri, quasi obscurius loquendo vos rerum incertos & dubios suspendam? Annon disertis verbis docui hucusque, me verum & bonum illum ecclesie pastorem, ad hæc mundi lucem, fontem aquæ viuentis & pacem vite esse? Annon laborantes & oneratos ad me vocaui, & ad me venientibus refocillationem, & in me credentibus vitam æternam polliceor? Quæ cum à nemine præstari possint, quàm à Messia, me vtrique illum esse testor, quoties ista de me prædico. Vos vero cum istis non creditis, bucuq; non ego accusare mereor, sed vos, qui aperte loquentes & disputantes non auditis.

Christus se prorem esse profertur.

Deinde addit: Opera, quae ego facio in nomine patris mei, (id est, quibus me à Deo missum et bona virtute instructum esse probo) haec testantur de me. Sunt enim Messia opera, de quo olim hunc modum vaticinatus est: Deus ipse veniet, & servabit vos: Tunc aperientur oculi eorum, & aures surdorum referabuntur: tunc saliet claudus tanquam ceruus, & tubilabit lingua mutus, & manuetus, ut obligem vulnera corde contritorum, ut proclamem captivum libertatem, & in vocatione, &c. Et haec quidem omnia ego publice & in omnium vestrum conspectu facio quotidie: & ne sic quidem creditis. Quid ergo queritis? aut quid praeter ea vultis me facere, quando neque neg, operibus quicquam proficior? Ita verò desperatam esse ostendit ipsorum contumaciam, & ratione emolliri vel curari possint. Est haec admodum vulgaris hodie. Hic verò curet minister, ut quoque testari possint, se nihil eorum calauisse, quae dicenda fuerunt, & quoad eius fieri potest, ut viviant, quae doctrinae ipsorum respondeat. Ita ipsi quoque, extra omnem culpam erunt, causa conditionis in contumacibus verbi Dei & admonitionum contemprioribus habebit.

Causa contumacia iudeorum.

Secunda parte causam huius contumaciae indicat: Non enim estis ex ouibus meis, sicut dicitur. Videtur autem ad disputationem, quae Cap. 8. habetur, respicere, in qua diaboli filius ostendit, quod de hoc quidem nunc publice omnes admonet, ut super bis illis larum detrahatur, & supremam sibi in ecclesia potestate vendicabant, simulque infirmis medeatur, qui incredulitate contumacia istorum offendebantur. Interim generalem doctrinam hoc Christi dictum continet, quod fidem veram eos consequi posse, qui non ex ouium, id est, electorum Christi numero sunt. Deum enim est fides, & quia in salutis promissiones recumbit, quae ad solos electos pertinent, huiusmodi donum istud fidei conferitur: quo nomine illam Paulus fidem electorum Dei dixit. Fuit doctrina est, non ut anxie & curiose Dei arcana scrutemur, & de electione disputationem instituiamus: sed ut primò ex fide nostra, quantumvis modica, certam concipiamus nostrae salutis certitudinem. Quia enim fides solis electis datur, non dubium est, ex electorum numero esse eos, qui sunt assecuti. Non dubitent ergo de gratia Dei & salute sua, studeant verò vocationem & fidem suam (ut Petrus monet) firmam atque omnibus testatam facere, dum fidem factis experiantur, inde ne eorum incredulitate & contumacia offendamur, qui vita atque moribus suis abunde testantur se non Christi oves, sed sub diaboli vexillo porcos, canes, lupos, & feditissimas bestias esse. hoc argumento se ipsos consolentur ministri si quando in nonnullis infituentibus frustra laboraverint: quod talibus euangelium in testimonium praedicatur: interim tamen istis semper quot intermixtae sunt, quae etsi lateant ad tempus, vocem tamen pastoris aliquando audient, quae ouile Christi sese colligi patientur.

Ovium Christi natura, & quid hic illis confessum.

At ne quid de istis temere pronuntiauisse putetur, argumento ex ovium natura desumptum addit: Quod dixit. Oves meae vocem meam audiunt, & me sequuntur. Dicitur de hoc superius, quod addit: Vos neque vocem meam auditis, neque me sequimini: Ergo non estis ex meis ouibus. Et huiusmodi sententia sumpta, exponit quid ipse ouibus suis coferat: & ita partim ad fidei constantiam excitat, partim ad certam credentiam, partim verò ad questionem sibi propositam amplius respondet, & se Christum suum esse re ipsa testatur. Primum, ego (inquit) cognosco oves meas, id est, in manu mea habeo, ut nulla me inficio deniare aut perire possit: quod boni pastoris esse, supra audimus. Deinde eis vitam aeternam, & ideo licet varijs periculis & casibus obnoxiae sint, at tamen in aeternum vivere non possunt, sed suo tempore ad optatum verae felicitatis portum appellantur. Tertio gemina manu mea rapier. Id verò omnibus ipsis opponit, quae nostram salutem in periculum adducere, & aeternum vivere posse videntur, ne illis terre amur. Et quia hic propter carnis infirmitatem & cogitationis fluctibus terrores multa consolatione opus est, dictum hoc ratione seu argumento validissimo ostendit, dicens: Pater meus, qui dedit mihi, maior omnibus est, neque quisquam potest eas rapere & manum patris mei: Ego et pater unum sumus. Ita verò arguetur: Nemo potest rapere oves de manu patris mei, & ego quod hic omnibus creaturis tam visibilibus quam invisibilibus maior, à nulla eorum visum esse potest: At ego & pater unum sumus: Ergo neque ex mea manu quisquam oves rapier. Quod verò se dicit cum patre, non quoad consensum modo (ut olim locum istum interpretari solent dicitur Christi oppugnatores) sed quoad naturam, essentiam, potentiam atque dominium suum ostendit.

ras. Quia enim hic de potentia Christi agitur, nimis in firmum erit argumentum, si de voluntate & consensu solo locum hunc exponas, quando voluntatis nullus effectus est, nisi illi potentia coniuncta sit. Continent ergo hæc verba evidens & irrefragabile diuinitatis Christi testimonium, quo & Arianæ & Sabellianæ confutantur, quorum hi quidem personarum distinctionem, illi, verò æternam Christi deitatem negauerunt. Quia enim S V M V S inquit, per sonas distinctas exprimit. Dum verò se vnum esse ait cum patre, vnam & eandem deitatem vtrique tribuit, quam nos æternam fateamur oportet, nisi ei aliquid defuisse sentiamus priusquam Christus esset, quod vel cogitatu impiam atq; nefarium est. At quia de his iam sæpe diximus, ista modo obiter annotamus.

Nunc statum disputationis huius obseruemus, quem hæc dicendo Dominus abunde probauit, quod nimirum ipse sit Christus, id est, promissus humani generis redemptor atq; seruator. Hunc enim ex Abrahami quidæ & Davidis semine nasciturum esse propheta vaticinati sunt, ac eundem simul Deum verum & æternum esse docuerunt. Isaias enim diserit Deum & patrem æternitatis vocat. Nibeas verò eius progressum à diebus æternitatis fore ait, qui constituto tempore Berthelemi hominem assumpturus sit. Et Ieremias de eodem disserens, inter alia dicit: Et hoc nomen eius, quo vocabunt eum, IEHOVA iustitia nostra. Taceo nunc infinita huius generis, in quibus propheta nomen IEHOVA, quod soli Deo conuenit, Messie tribuunt. Quoad verò officium, de Messia dicitur, quod gregis & populi Dei pastorem agere, in se credentes viuificare, tueri & seruare debeat. At qui omnia ista in presenti Dominus sibi tribuit, & quod verbis testatur, alibi reipsa præstat, imò experitur ista quicunq; ipsum vera fide apprehendunt. Est ergo promissus ille generis humani seruator, cui necessario credere oportet eos, qui mortem effugere & vitam æternam consequi volunt.

Deinde asseritur hic nostre salutis certitudo, & quidem argumentis firmissimis, que in quavis disputatione nos efficaciter consolari possunt. Primò enim nos sibi à patre datos esse Christus fateatur, æterno nimirum decreto, quo nos Deus elegit, priusquam mundus hic conderetur. Ergo nec pater eos deserere potest quos filio seruandos dedit, neque hic depositum patris sui negliget, cum & dilectus ille filius sit, & se totum patris voluntati accommodet. Deinde nouit eos omnes Dominus, quos ei pater dedit, & proinde nemo ipsius insidiosa vel incuria perire poterit. Adhæc ouibus suis vitam æternam dat, dum non modo illas ex morte asserit, verum etiam spiritu suo animat, qui vitæ spiritus est. Præterea non sinit eas perire in æternum. Et si enim insidijs undique petantur, nihil tamen in illis iuris est mundo & huius principii, nisi quantum Deus permiserit, qui fidelis est, neque suos supra vires tentari sinit. Et quæ fortunis aut corporibus accidunt, ad animam peringere non possunt, neque etiam æterna sunt, sed eundem cum illis finem habent. Adde his, quod nemo potest credentes ex Christi manibus eripere. Ipsi enim omnis potestas data est in cælo & in terra. Et si nemo potest illi suos eripere, ergo non poterit hoc facere peccatum, quod ipse expiauit: non mors qualiscunq; quia eius aculeum sustulit: non diabolus, quem è regno suo eiecit caupusque eius contriuit: non tyranni, qui licet corpus occidant, in animam tamen nihil possunt. Quorum consideratione olim Paulus excitatus clamabat: Quis nos separabit à charitate Christi? Num afflictio? num angustia? num presencio? num fames? num nuditas? num periculum? num gladius? &c. Item: Quis intencabit crimina aduersus electos Dei? Deus est qui iustificat, quis est qui condemnet? Hanc fiduciam laborantes & emergunt, quicunq; salutem extra Christum monstrant, & infelices mortales ad liberi arbitrij vires & suorum operum merita remittunt. Quid enim in illis aliud quam corruptione totius nature, infirmitatem, peccatum, mortem & proinde desperationem inuenias? Nos ergo reliquias saluatoribus, Iesum Christum pastorem agnoscamus, vocem illius audiamus, illam fide & reliquis vitæ officijs sequamur, neque ullis periculis aut hominum autoritate nos ab eius doctrina partiamus abiaci. Ita fiet, vt eius protectione tuti per omnes huius seculi aduersitates euadamus, & olim cum ipso regni cælestis hereditate fruamur. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & potestas in æternum. Amen.

Status disputationis huius asseritur.

Isa. 9. Mich. 5. Ierem. 23.

Certitudo nostre salutis.

H O M I L I A C.

Sustulerunt ergo rursus lapides Iudæi, ut lapidarent eum. Respondit eis Iesus: Multa bona opera demonsttraui uobis ex patre meo: pro-

pter quod eorum operum me lapidatis: Responderunt ei Iudaei, dices: Ob bonum opus non lapidamus te, sed ob blasphemiam, & quia tu cum sis homo, facis teipsum Deum. Respondit eis Iesus: Nonne scriptum est in lege uestra, Ego dixi, Dii estis? Si illos dixit Deos, ad quos Dei sermo factus est, & non potest solui scriptura: me quem pater sanctificauit, & misit in mundum, uos dicitis blasphemare, quia dixi, Filium Dei sum?

Dlui Euangelista non ea modo commemorant, quae Dominus noster Iesus Christus dixit, ut uerumetiam diligenter scribunt, ut ea exciperint ij, quibus cum illi res Iesu, Iesus historiam spiritus sanctus describi uoluit propter nos, ne offendamur, si quid simile nobis accidit, & simul eius exemplo discamus, quid nos tunc facere conueniat. Est hoc diligenter notandum in praesentis actionis historia. Demonstrat enim Dominus, se uerum ecclesiae Dei Messiam, adeoque uerum & aeternum Dei filium esse: Quae demonstratio eo diligentiori mentionem meretur, quia in huius articuli fide atque notitia uniuersa salutis nostrae ratio fundatur. ipse non obscure innuit, quando infra Cap. 17. dicit: Haec est, o pater, uita aeterna, ut te uideant faciant Deum uerum, & quem misisti Iesum Christum. Quid uero sit, quando doctrinam hominibus ponit? Nuper quidem eum demonio agitari & insanire, ideoque indignum esse dixerat, quia Nunc uero, cum ipsis ita rogantibus idem apertius dixerit, apertam uim parant, quod supra Cap. 8. illos fecisse audiuimus. Dicit enim Euangelista: Sustulerunt ergo rursum lapides, ut lapidarent eum. Ex quo satis apparet, quo animo ipsum interrogauerint, an Christus se illis esse, quod lucem ueritatis ferre non possunt, eo quod hanc studijs suis inimicam esse, quia tantus ueritatis decor est, ut a bonis omnibus ametur, mali uero eius speciem apparet, illius hostes uideri uelint: inuicem calumnias eam obruere & omnibus inuisam facere conantur, est, quod doctrina eius falsi accusatur, & non modo mendax, uerumetiam seductoria, hereticoa dicitur. Quod si uero ne sic quidem aliquid proficiant, tandem ad uim conuersi, arma instituunt. Et tunc quidem non uolenter modo, sed etiam cum furore ruunt, neque rationem habent, & insuper quas alij proponunt rationes plus quam insana temeritate reijciunt. Ut magis Christi cognitio hominum mentes sancto zelo accendit, qui Dei spiritui regitur, ut omnia ad gloriam & multorum edificationem faciant: Ita qui Christi cognitionem semel conculerunt, accenduntur, quae malignus spiritus in illis augere non desinit, donec uel ipsi male pereant, uel alijs exitium struant. Pradixit ista nobis Christus Dominus, & eo minus nos offendit, haec ipse pati, & nobis suo exemplo praere uoluit.

Mores hostium ueritatis.

Christus hostes rationibus mitigare studet.

Videamus ergo quid is in praesenti faciat. Poterat quidem illos pro merito uelifici, sed animos uerbis amicis mitigare studet, quibus correptio grauis continetur. Nam in uerbo reuocat quae cum in illos unquam contulit beneficia, & ut fortius animos illorum perueniat, interrogat eam figurat & uehementiorem reddit, sic dicens: Multa bona opera demonstrastis ex patre meo: propter quod eorum me lapidatis? Quasi diceret: Lapidari mererentur autem propter quod? Quis sceleribus suis & licentia alijs uel publice uel priuatim iocundatur. Ego uero modo ab omni maleficio abstinui haecenus, uerumetiam quasi minister diuinae bonitatis uos beneficia contuli, docendo, sanando egrotos, mundando leprosos, liberando demoniacos, curando mortuos, denique omnes gratiae patris mei thesauros uobis proponere & offerre non cessauimus. Dicite ergo, qua in re uos offenderim, & quod nam illud opus sit, cuius causa me dignum iudicatis, qui lapidibus obrui debeam? Habent ergo haec uerba sarcasmi grauem, quo & suam temeritatem asserit, & ipsorum iniustitiam arguit, qui hominem innoxium & non legitime damnatum obruere uelint: & simul ingratisimos mortaliu esse ostendit, quos tam multa tamque eximia beneficia possint excicare, ut causam suam aequiori animo cognoscant. Nec temere iterum patris sui iocundatos in ipso aperuerit.

Obferuabis autem hic primò Iesu Christi exemplum. Nuper, cum illum lapidare uellent, subduxit sese illorum furori, & ad tempus delituit, ne quid ante constitutam sibi mortis horam patere-
 tur. Nunc autem eodem furore accensos corripit, & occulta uirtute coerct, ne quid nocere possint.
 Postea, cum tempus passionis eius instaret, spontè hostibus obuiam procedit, & quauis ipsorum
 malitiam reprehendat, vincula tamen uolens recipit, & se ab illis abduci patitur. Sunt hæc diligen-
 ter consideranda. Faciunt enim ad explicationem præcepti, quo ille prohibet ne malo resistamus.
 Nam quia ipsum hæc, quæ modo diximus, fecisse constat, qui & legis suæ optimus interpres & pa-
 tientia absolutissimum exemplum est: quis non uideat, priuatam modò uindictam eo loco prohibe-
 ri, licere autem homini Christiano, ut hostium iniquitatem arguat, aut (si absque scelere fieri potest)
 quæ ipsè Deus ad frenandam impiorum audaciam instituit, legibus nimirum & magistratus au-
 thoritate, & si quæ alia sunt eius generis? Fecerunt hoc olim Apostoli, ex quorum numero Paulus
 armata militum manu se deduci curauit, ne in conuictorum manus incideret, & idem ad Casar-
 em promouere non est ueritus, cum præfides Romanos sui officij non satis memores se uideret.
 Quod si uerò rem eò deductam uidemus, ut nihil legitimi præsidij reliquum sit, & ipse Deus nos
 periculis & grauioribus malis exercere uelit, tunc patienter nos ferre decet, quicquid ille nobis fe-
 rendum imponit.

Christi exem-
 plo exponitur
 præceptum, Ne
 resistatis malo.

Deinde non minus obseruari debet hoc loco Iudæorū exemplum, quo publica mundi rotas ingra-
 tundo depingitur, quæ in Christum & euangelium eius peccare consueuit. Non cessat enim Chri-
 stus sua bonitas thesauros dispensare, et quotidie adhuc per euangelij prædicationem animorū ocu-
 los illuminat, aures aperit, & sensus omnes ad percipiendū gratiæ diuinæ & salutis gustum excitat.
 Idem fide nos donat, & per hanc iustificatos ex peccati seruitio liberat, ad hæc diaboli imperiū fran-
 git, carnis libidinem mortificat, mundi licentiam coerct, donis spiritus sui nos exornat, deniq; nihil
 eorum omittit, quæ nobis ad æternam salutem adminiculo esse possunt. Quin in externis quoq; gratiæ
 hæc exert, quando placata patris ira & profligatis conscientia terroribus, uitā nobis uere iucun-
 dam reddit, & aduersa (quibus nemo prorsus liberari potest) sic temperat, ut nobis ad bonum adiu-
 mento sint. Taceo, quod superstitiones abolet, & uicā cum his impostorum artes atq; potentia dissi-
 pat, quibus illi omnium fortunas depopulantur, corpora grauāt & animos ipsos horribiliter exerci-
 ciant. Sunt hæc tanta beneficia, ut nulla lingua illis enarrandis possit sufficere. Quam uerò pro illis
 gratiam Christo mundus retribuit? Pessimā sanè. Nam perinde hæc accipit, ac si malefacta essent.
 Et ut olim Israelitæ Mosem hoc purissimum nomine accusabant, quod ipsos ex Aegypto liberasset,
 & ceptas atq; allia ollasq; carniū Dei beneficijs præferebant, quæ quotidie magna & stupenda ex-
 periebantur: Ita hodie multi ex Antichristi tyrannide per euangelium educti, eam præcipue ob cau-
 sam euangelij ministros simul & doctrinam oderunt, quod ex tenebris in lucem extracti, errorum
 & scelerum lacunas relinquere, per salutis uerò uias incedere iubentur. Eoq; detestabilior illorum
 ingratitude est, quod cum toti carnales sint, ne ijs quidem commodis mouentur, quæ ad præsentem
 uitam ex euangelio ad ipsos maxima & cum primis exoptanda redeunt. Memnerint ergo Christi
 ipse quos hæc uerba dicere: Multa uobis beneficia per euangelium contuli, propter quod ergo ex-
 illis mecum euangelio eiectum & extinctum cupitis? Num quod conscientia terrores discuti, &
 purgatorij metu uos liberauit? Vel quod Pontificū immane & durum imperium euerit? Aut quod
 sacrificijs & Monachos sustuli, qui & thalamis uestris insidiabantur, & hereditates intercipie-
 bant? Vel num uobis graue est, quod ecclesiæ bonis ad pauperum sustentationem, ad scholarum in-
 stitutions & publicas necessitates subleuandas uei iam licet, quæ prius uentres isti & ignaui Roma-
 na Curæ parastri turpiter consumebant? Et profectò in longum hic extendi poterat oratio, sed quia
 sufficit occasionem præbuisse ijs, qui adhuc curabiles sunt, plura addere non est opus. Cogitent modò
 quid uerò Iudæi, quibus ista dixit Dominus? Nō negant beneficia, quæ ab ipso acceperant: me-
 liores nimirum nostris, de quibus modò diximus, qui si quid comodi ex euangelio ad ipsos redijt, illud beneficia Chri-
 stus
 omne aut impudenter negant, aut turpiter dissimulant, incōmoda uerò & quæ Christi fidē comitan-
 tur pericula uerbis Targicis & grauioribus exponunt, ut omnes in eius odium adducant. Non ita

Ingratitudo mū-
 di erga Christiū



isti, qui cum ad id, quod de operibus suis dixerat, nihil respondeant, hoc illum vere dixisse fatentur: interim vero blasphemiam, id est, conuicti in Deum dicti ipsum insimulant, & hinc uersus illum instituti causam esse aiunt. Itaq; glorie Dei vindice se constituunt, qui ex lege scripto de ipso penas sumere uelint. Hæc enim blasphemos lapidibus obruere iubebat, ut Leuit. 24. Ob bonum opus (inquiunt) non lapidamus te, sed ob blasphemiam. Et mox eua- phemia sit, indicant: Quia tu, cum sis homo, facis te ipsum Deum. Impium ergo & blasphemum cauerunt, quod Dei nomen & essentia atq; potestatem sibi ipsi vendicasset. Vnde apparet, illi- sti uerba multo rectius intellexisse, quam Arrianos cum ueteres tum recentiores, qui ea de eorum uoluntate sola exponunt. Viderunt enim neminem cum Deo, qui unicum & summum bonum unum esse posse, nisi qui eidem coessentialis & coæternus sit. Viderunt item, solius Dei esse æternam dare, ab interitu seruare, & aduersus omnes hostes uisibiles atq; inuisibiles defendere, quia hæc omnia Christum de se ipso prædicauisse audierant, recte colligunt, quod se ipsum faciat id est, quod ueram æternamq; deitatem sibi ipsi tribuat. In eo autem impingunt, quod in illa mine maius agnoscent, nec uident, eum, qui in assumpta hominis natura esuribat, sitiebat, ab ipsis item infestabatur, quoad deitatem ab æterno esse, omnes creaturas alere & fouere, omnibus creaturis superiores, adeoque earum creatorem esse atq; Dominum. Ergo uerè con- cunct, quod homo sit, & quod se ipsum faciat Deum: ex istis autem ueris propositionibus saltem gunt, quod nimirum blasphemus sit, & sacrilega ambitione diuinos honores sibi ipsi vendicant ad istum lapidem adhuc hodie Iudei cum Turcis & omnibus alijs, qui in solam Christi- intenti, latentem sub hac deitatem, se q; in operibus exerentem nõ obseruant. Nos uerè con- plis admonemur, quam suspecta nobis esse debeat carnis ratio, quando eam in diuinis ita- uidemus, ut ex ueris fidei & salutis nostræ principijs falsum colligat. Quod enim isti hic ipse hoc ipsum hodie etiam multi in iustificacionis articulo, & multis alijs patiuntur, in quibus præmissis consequentias falsas inferunt: quod multis exemplis demonstrari poterat si in di- diano lucerna accensa opus esset.

Impij sancto
prætextu ueri-
tatem persequi-
tur.

Cæterum in hac Iudeorum responsione obseruari debet hostium ueritatis astutia, qui re- so impetu ferantur, tamen sanguinarijs & inuisis consilijs uel glorie Dei, uel pacis & salu- blice studium prætexere possunt, sicque sub pietatis prætextu Deum ipsum & ueritas eorum persequuntur. Factum est hoc ipsum olim prophetarum temporibus. Ieremiam enim hoc- imprimis accusatum fuisse scimus sub Ioakim & Zedechia, quod urbi sanctæ & templo excu- minitetur, & proinde diuini cultus hostis sit. Et Vriam quendam ex prophetarum numero- nam ob causam primò in Ægyptum profugisse, deinde retractum crudeliter occisum fuisse. Quid quod pacis etiam publica turbatorem, imò populi Dei proditorem dixerunt esse Ierem- ut qui Chaldeorum potius quam suæ gentis partibus faueat? Eliam quoque ab Achab re- accusatum fuisse, historia sacra testatur. Et postea Christo inter accusationis capita hoc potius obijciatur, quod templum destruere conatus sit, & idem in cruce pendenti ab hostibus expul- Eodem prætextu Stephanus lapidibus obrutus, & Paulus in ipso templo per seditionem cap- ut iam de reliquis Apostolis nihil dicamus, qui eandem sortem experti sunt. Sunt autem hæc gener obseruanda, ne similibus hodie offendamur. Ita enim illud Christi impletur: Venerit tempus, cum quisquis interficiet uos, putabit se cultum præstare Deo. Simul uerò horum memores pau- tia & conscientia bonæ testimonio nos armemus, & impiorum calumnijs Christi promissa- ponamus, dicentis: Beati estis, cum probra iecerint in uos, & persecuti fuerint, dicentes: quod uis malum uerbum aduersus uos, mentientes propter me. Gaudete & exultate, quia merces uestra multa est in cælis. Matth. 5.

Iudei Christia-
nis ignauis me-
liores.

Obseruabimus præterea hoc loco, Iudeos, quantum uis peruersi fuerint, meliores tamen et- giofiores fuisse multis, qui hodie Christianum nomen atque fidem proficiunt. Primo enim pau- nos indicant blasphemos, & quidem non eos modo qui Dei nomine uel temere dicendo, uel impie execrando, uel ad res quasq; nefarias & illicitas abutuntur: uerum etiam eos, qui ligionis prætextu honores diuinos sibi vendicant. Hanc enim ob causam Matth. 9. similes Chri- accusant, quod propria potestate peccata remitteres, quod solius Dei esse scriptura docet.

Ergo apud eos adhuc diuine legis autoritas, neq; eod impudentia eruperit, vt absq; omni ratione Dei honorem & gloriam conculcarent. At hodie inter Christianos homines passim audiuntur deierationes & execrationes impia & horrenda, quibus non modo Dei nomen, sed quæcūq; Dei filius propter nos fecit & passus est impie prophanantur: & cum hæc in omnium ore & auribus versentur, vix tamen pauculi aliqui inueniuntur, qui ad eas exhorrescant, & supplicio dignas esse putent. Similiter, cum Pontifices non obscure ea sibi tribuant, qua solius Dei sunt, quando sibi in peccata, in inferos, in celos, in omnes homines deniq; potestatem vendicant, quos pro suo arbitrio in celos euehunt, aut ad tartara detrudunt: ad hæc ad pedum suorum oscula quosuis inuitant: hi tamen non feruntur modo, verum etiam defensores & patronos inueniunt reges & principes, quos non pudet in sue fidei commissum populum, adeoque in propria viscera, omni crudelitatis genere seuire, vt horum impiam & blasphemam tyrannidem stabiliant atque tueantur. Quis ergo neget, Iudeos fucatis hisce Christiani nominis professoribus meliores fuisse?

Sed audiamus Christi apologiam, qua crimen sibi obiectum diluit. Constat ea duobus argumentis, ex quibus primum solūmodo nunc excutiemus. Id verò à pronuntiatu petitur. Nam scripturas adducit, vt se nihil nouum aut insolens fecisse, & proinde supplicio minime dignum esse demonstrat. Nomen (inquit) scriptum est in lege vestra, Ego dixi, Dij estis? &c. Extat locus in Psalmo 82, quo corruptos iudicum eius seculi mores spiritus sanctus corripit, & iisdem penas graues denuntiat. Legi igitur vocabulo Christus totum veteris testamenti codicem cōprehendit, quem alibi in legem & prophetas & Psalmos distinguere solet. Potest autē tota scriptura a lex dici, quam Hebræi Thorah, id est, regulam sive instructionē vocant: eod quod omnes illius libri ad voluntatis Dei explicationē faciunt, que sola nobis fidei & cultus externi & totius vite regula esse debet. Argumentatur autem Dominus à minori ad maius hoc modo: Dij vocantur in scripturis hi, ad quos Dei sermo factus est, id est, qui ex peculiari Dei præcepto munus aliquod aut functionem sustinent, qua eos reliquis hominibus superiores facit. Quantò magis ergo hoc nomine dignus sum ego, quem pater sanctificauit, id est, segregauit & omnibus creaturis excellentiorem fecit, atq; in mundum misit, vt humani generis salui conseruaret? Ad Antecedentis confirmationem facit, vt magis pungat auditorum animos, quos veritatis odium excacauerat, vt lucem quoq; ipsam videre non possent. Sensus enim est: Cum scriptura referatur, Deum nomē suum cōmunicare iudicibus, quos sui verbi decreto in gradum reliquis sublimiorem euexit, qua obsecro ratione me blasphemum dicitis, eod quod me Dei filium esse dixi, cum & ipsius patris & operum meorum testimonio constet, me functioni omnium excellentissimæ destinatum, & oleo lætitiæ (vt eadē scriptura docet) præ omnibus hominibus unctum esse, vt miseris mortales peccati noxa liberatos ex morte in vitam asseram? Num ergo mihi negabitur, quod me multò inferioribus totius scripturæ autoritas concedit? Consulto autem Filium Dei se dicit, cum ex argumenti consequentia ipsius Dei nomen vsurpare possit. Quia enim hoc durius & insolentius visum fuisse auditoribus, quorum pleriq; adhuc infirmiores erant, cauere voluit, ne quod scandalum nouum ipsi obijceret. Quod ipsum omnes verbi ministros obseruare cōuenit, vt non tam quid dici possit videant, quam quid ad auditorum edificationem faciat.

Moretur verò diligentem considerationē Christi exemplum, qui cum infinitis rationibus diuinam suam maiestatem declarare, vel conuictatores istos, vt digni erant, vlcisci posset: scripturis eam non agi, & harum auctoritate se & doctrinam suam cœuetur. Ita verò docet, quibus armis hodie quoq; pugnandum sit, quando fidei articuli & doctrina in controuersiam veniunt. Quia enim tota ista causa ad Deū pertinet, nulla etiam hic præter quam Dei solius auctoritas valere debet. Atqui huius voluntatem sacra scripturæ libri plenissimè & perfectè continent. Ad hos ergo in omni controuersia recurrere, nec quicquam admittere debemus, quod scripturæ testimonijs probari non potest. Excitet nos ad hoc studium Christi elogium, quo scripturæ auctoritatem hoc loco cōmendat. Non potest (inquit) scriptura solui, id est, negari, euerri aut irrica fieri. Causa eius dicti est, quod & diuinitus inspirata est (vt Paulus ait) & Dei verbum continet, quod in æternum manere, Isaias

Christus blasphemia crimine diluit.

Scripturis conuicti debent aduersarij.



tesatur, cum omnia pereant & euanescent, quae in mundo praeclara & inuicta putantur. In scripturis tunc inniti possumus, nec est quod fraudem ullam metuant, qui harum lucernarum scripturas ponunt. Et utinam hodie ad has solas respicerent, quotquot in religione dissident, & morum fidijs & contentionibus imponi videremus. At quia plerique vel carnis rationibus, vel hominum auctoritate nituntur, incerta illis sunt omnia, & nouis indies contentionibus intrincantur. Quae rem in fidei & religionis causa obseruari debere dicimus, hoc non minus in vita & moribus adhibere, ut ea sola faciamus, quae in scripturis Deus praecipit, omittimus autem quae illis prohibentur: neque eos audiamus, qui diuersum suadent, & peccata extenuare norunt, & res eorum laqueis implicent. Non potest enim solui scriptura, & reuera impij sunt, qui ad eam disputare audent.

Magistratus
Dij dicuntur.

Admonet praeterea nos locus iste, ut de magistratu & iudicibus aliquid dicamus. Est magistratus potestas legitima, à Deo instituta ad conferuandum ius & pacem publicam. Paulus ad Romanos 13. illum definit. In hoc verò constitutos scriptura Deos nominat, ut Exodi 21. & 22. cap. Nominis istius rationes plures assignari possunt, quorum prima & praecipua est, quam in praesenti Christus attingit, quod in eam functionem ab ipso Deo constituitur, & verbo consecrati sunt. Altera est, quod iudiciorum Dei administrati & executores sunt. Vt praecone ipsius Regis vox auditur, sic in Rege & quouis magistratu legitimo ipse Deus praesens & iudicia sese manifestat. Accedit his tertia, quod ipsa regnandi & iudicandi maiestas, quod praese fert, quod gentes etiam barbarae agnouerunt. Cum enim ad licentiam omnes nationes elines sint, nunquam cerè tot millia hominum vni aut pauculis aliquot parerent, nisi communi su & occulto naturae instinctu diuinam in illis auctoritatem agnoscerent, & eam strenue ad huius generis conseruationem non vtilem modò, verum etiam necessariam esse. Vides ergo non tantum scripturis Dei nomen principibus tribui, neque statim adulatoribus ignauis dici debere, quoniam nomen suis magistratibus impendunt, quando in Psalmo, quem hic Christus adduxit, propter officij dignitatem Deos nominat eos, quos ob iniquitatem & tyrannidem suam reprobabit. Vsum verò tam praeclari nominis aut tituli imprimis obseruare conuenit, quod est. Primum ipsos magistratus officij admonet, ut in eam dignitatem euecti, Dei honorem persequantur, verbum eius obseruent, legibus diuinis obtemperent, & intra illarum fines continentur, quos ipsorum imperio Deus subiecit: adhaec beneficentia studiosi sint, quia homines ad Dei gloriam quam proximè accedere, philosophi etiam intellexerunt: ius item sanctè administrant, & Dea enuntiant, non quae ipsorum affectibus congruere videntur. Iniqui enim, imò impij & ingrati sunt, qui Dei verbum oderunt, & sine Deo regnare volunt, cui omnia sua debent, & populum crudeliter opprimunt, suamque dignitatem in eo potissimum consistere arbitrantur, & in libidine omnia dicant atque faciant. Et quam infelix ferè illorum fors sit, omnium seculorum exempla testantur. Deinde populus quoque officij admonetur, cuius est in magistratu Dei verum agnoscere, & illi obedire non modò propter iram (ut Paulus ait) verum etiam propter conscientiam in ijs nimirum, quae saluo Dei honore fieri possunt. Nam ut Christus alibi monet, ita deum Caesaris quod est Caesaris, ut interim Deo quoque debitum officium praestemus. At quia loci huius loci sunt, plenior de ijs tractationem suo tempore reseruabimus. Nunc in huius discipulorum scopum intenti, Iesum agnoscamus esse Christum & verum aeternumque Dei filium, quem Iesum edificaui pater, ut humani generis redemptor sit. Huic ergo credamus & obtemperemus, ut eodem in regno patris possimus regnare & viuere. Ipsi debetur benedictio, honor, gloria & imperium in aeternum. Amen.

HOMILIA CI.

Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si autem facio, etiam si mihi non credatis, operibus credite: ut cognoscatis & credatis quòd pater in me est, & ego in eo. Rursus ergo quaerebant eum prebende

hendere: sed exiuit e manu eortū. Et abiit rursus trans Iordanē in eum locū, ubi fuerat Ioannes baptizans primum, mansitq; illic. Et multi ueniebant ad eum, ac dicebant: Ioannes quidem signum edidit nullum: omnia autem quaecunq; ipse dixit de hoc, uera erant. Et crediderunt multi illic in eum.

Simeon iustus & religiosus senex, cum de Iesu Christo, non ita pridem nato, ex spiritu sancti suggestione uaticinaretur, inter alia dicebat: Ecce positus est iste in casum & resurrectionem multorum in Israel, & in signum cui contradicatur. Quod uaticinium est ad omnium aetatum homines extendi debeat, imprimis in Iudaeis impleri cepit, quando ipse Christus in terris uersabatur. Exempla eius rei multa hucusq; in cōcertationibus uidimus, quas cum illo suscepit, & inter alia memorabile admodum est, quod hoc Cap. describitur. Cum enim in templo doceret, & uniuersam salutis rationem disertè & fideliter traderet, demonio illum agitari dixerūt, qui toti populo fidei in ipsum auctores esse debebant. Deinde cum ipsi satis importunè eum compellassent, ut absq; inuolucro, quis nam sit, edisserat, aperit respondentem blasphemiae accusant, & lapidibus obruere instituit, & ita à calumnijs ad rim apertam conuertuntur. Sunt autem haec diligenter obseruanda, quò minus hodie similibus offendamur. Vbi plurimum profuerit, Christi responsionem inspexisse, qua causam suā tuetur. Neque enim scripturas adduxit, ne quid nouum & insolens dixisse putetur: simulq; suo exemplo docet, in controuersijs de fide & religione ad solius Dei uerbū, quod scripturis continetur, recurri debere. Sequitur praesens locus, quo ceptam responsionem siue apologiā illo absoluit, & simul Ioannes disputationis huius finem uel euentum describit: cuius consideratio de multis admonere potest, quae ad nostram institutionem atq; consolationem faciunt.

Dixerat autem, se à patre sanctificatum & in mundum hunc missum esse, ut homines saluos faceret, & pròinde nemini indignum aut impium debere uideri, si Dei filium se esse dicat: Hoc ne aduersarij negare & ut uanum eludere possent, mox alterum argumentum, ab operibus desumptum subiicit, quo se uerum Dei filium esse probat. Si non facio (inquit) opera patris mei, nolite credere mihi, &c. Dicit autem opera patris, quae uerè diuina & eiusmodi erant, ut humanis uiribus confici nullo modo possint: qualia sunt, morbis solo uerbo mederi, leprosos mundare, demones eiecere, uentos & fluctibus imperare, mortuos suscitare, pauculis panibus innumeram hominum multitudinem pascere, & quae alia sunt huius generis, quae ut humanas uires longè superant, ita à Christo frequenter & publice fiebant, ut ea ab ipso fieri nemo negare possit. Argumentum itaq; est eiusmodi: Nemo nisi solus Deus opera diuina potest ex semetipso & propria uirtute facere: At ego uirtute propria facio quae uerè diuina opera sunt. Ergo Deus sim oportet, neq; blasphemus ideo dici debeo, quòd me & patrem unum esse dixi, & alia quaedam de meipso predicauit, quae ad solum Deum referri debet. Hoc uerò omne per Concessionem enunciat, ut facilius cogat hostes uel apertis uerbis, uel saltem silentio sibi testimonium ferre. Et ideo mox inferit: Si autem opera eiusmodi facio, etiamsi mihi nō credatis (numquam propter uilem & abiectam assumptae humanitatis speciem) saltem operibus credite, quibus nulla fraus subest: ut ex ijs agnoscatu virtutē humana maiorem, quae sub carnis inuolucro iaceat, & ita credatis, quòd pater in me est, & ego in eo, id est, quòd diuina uirtus in me sese manifestat, & ego nihil nisi Dei patris auspicijs atq; uirtute ago, quae mihi naturaliter & essentialiter conuenit, & unita est, cum (ut antea dixi) ego & pater unum simus.

Haec uerborum Christi sententia est, in quibus primò sincerum & ingenium eius studium obferuari debet, quo salutem nostram consultum cupit. Argumentū eius infallibile est, quòd qui pro suo in domino uere fidem à nobis simpliciter & rigide poterat exigere, eò usq; amen se demittit, ut uerbis suis fidem haberi nolit, nisi ea factis & operum testimonio confirmet. Causa huius dicti esse uidetur, quòd in Christi carne latentem diuinitatem deprehendere impossibile fuisset, nisi eam operibus diuinis illerexerunt. Eadem autem est ratio donorum spiritus, quibus nos Deus ornat. Nec enim uel sapientia, uel fortitudo, uel fides aut quaecunq; sunt huius generis aliter in nobis agnosci & deprehendi possunt, quam per opera quae quasi fructus ex ijs enascuntur. Hinc ergo generalis doctrina peri debet, ut in modis rebus inane esse titulorum splendorem & externam nominis professionem, nisi reipsa

Christus operā
argumento sese
tuetur.

Titulorum splē
dor inanis, nisi
huc opera res
spondeant.

praestemus id, quod dici volumus. Si enim Dei filium non puduit dicere: Si non facio opera patris nolite credere mihi: intolerabilis plane arrogancia fuerit, quisquis sibi credi volet, etiam omnia professione aliena & huic contraria faciat. Potest ergo Christi exemplum & quae ex eo derivant doctrina ad omnes loci & ordinis homines accommodari, ut ad hunc Canonem seu Lapidem tam nos ipsos quam omnes alios examinemus. Vult Romanus Pontifex dici caput ecclesiae, vultque Christiani orbis pastor, servus servorum, sanctissimus pater, adhuc Iesu Christi in terris vicarius. Videamus ergo, num capituli instar toti corpori ecclesiae & singulis eius membris spiritum tribuat: num pastorem agat pascendo, ducendo, sanando, defendendo & alijs officijs, quae pastori decet: num omnibus inseruiat, & non potius in reges & principes immane dominum exercere sanctitati studeat: num paterna cura & amore ardens ecclesiae prospiciat: num denique ea faciat, quae etiam facere possit, quae Christi sunt, quem nobis regem & sacerdotem uniuersalem & aeternum constituit? At si haec quaeras, Deum immortalem, quam alienum & diuersum ab his omnibus habemus? Neminem ergo titulorum istorum splendor moueat, sed & ipsi his gloriari desinant, nisi & propria professionis testimonio damnari velint. Simili ratione se ipsos examinent ministri ecclesiarum, & videant num doctrina et exemplo vitae ea praesent, quae vera sunt ministrorum officia. Nisi enim hoc fiat, serui illi nequam sunt, quos in tenebras exteriores Dominus abiecit. Sic qui in magistratu constituti sunt, curent ut ad Christi exemplum dicere possint: Si non facio opera magistratus, nolite nobis obedire. Idem denique sibi ipsis applicent priuatum, quocumque dicitur & haberi volunt, & huius nominis professionem sciant frivolum & inutile fore, nisi operam suam ad vitam nouitatem resurgere, innocenter & sancte vivere, proximum diligere, & per fidem salutem sensus omnes Dei verbo subiugare. Nam qui his destituntur, ij absque veste nuptiali remittuntur, & in ignem mittentur.

Opera examine
nem qui perso-
nae nolunt cre-
dere.

Deinde Christi quoque admonitionem consideremus, quae monet, ut operibus credamus, ipsi credere nolimus. Est haec quoque generalis, & admodum necessaria propter eos, qui animam in contemptu quorundam ita obfirmant, ut licet re ipsa conuincantur, credere tamen nolunt. Quae nocentissima pestis, quae non alia fidei & salutis nostrae magis aduersa est, & quae omnibus insuperstitione, quod minus Deo obedirent, quos ille ab interitu renouare studebat. Sic Achabum a Deo obseruantia abduxit odium, quo Micheam & reliquos prophetas prosequatur. Et Christi doctrinam plerisque ideo contemptui fuisse scimus, quod in personam potius eius humilem & contemptam quam in illam respicerent, sicuti in ijs videre est, quae in schola Nazarethana docenti contempserunt, quae circa finem Cap. 7. audiuimus: ubi non alio argumento seruos suos a Christi doctrina abdicauerunt, quam quod neminem ex principibus illi credere, sed rude modo & execrabile vulgus ab illis credere auint. Experti sunt idem hoc apostoli, qui quod peregrini, exules, egeni & plerisque inuenerunt, minus fidei habuerunt apud eos, quibus euangelium predicabant. Hodie vero ad hunc modum maxime impingitur, quando multos consuldo in hoc unum incumbere videmus, ut nulla doctrinae habitae, in ministrorum modo personis ea omnia obseruent, quae illis odium & contumaciam conciliare possunt, & tunc sibi iustas & graues causas esse putant, propter quas doctrinam ipsam neminem reiciant. Taceo nunc eos, quorum tanta est rabies, ut quamuis verum esse fateantur, quod dicitur, credere tamen & obedire nolunt, ne quid videantur in eorum gratiam fecisse, quae odium quuntur, & quos a plerisque contemni vident. Resistamus ergo huic pesti, & suspensio ad temporis personis ministrorum iudicio, rem ipsam inspiciamus, & doctrinae capita examinemus, moxque rationem veritatis doctrinae cedamus, ne dum odio indulgemus, ipsi nobis exitum simus auctores.

In quem finem
opera Christi
considerari debeant.

Coloss. 2.
1. Thess. 3.
Hebr. 6. 10, 11.

Operibus praeterea, in quem finem operibus suis credere iubeat Christus, ut cognoscatur, quod dicitur in me est, & ego in eo. Cognitionem cum fide coniungit, ut discamus, quae doctrinae et temere in animis nostris natam opinionem, vel ut quidam inepte Ciceronianam persuasionem esse, sed certam et solidam ipsius Christi et rerum ad salutem pertineturam in qua animi hominum, vagi natura et dubij, tunc acquirere possunt. Quo nomine ab Apostolo in Coloss. 2. & Thess. 3. & Hebr. 6. 10, 11. & id est argumentum et euidentem rationem

videtur demonstratio dicitur, quae ea etiam nobis quasi praesentia exhibet, quae re ipsa nondum ad-
 sunt. Unde Petrus supra, cum discipulos interrogasset Dominus, num & ipsi discedere vellent, dice-
 bat: Domine, quod ibimus? Tu verba vitae aeternae habes: & nos credimus & cognovimus, quod tu
 es Christus, filius ille Dei viventis. Arguuntur ergo, qui sufficere putant, si in fide ecclesiae se persiste-
 re dicant, & in ea externis ritibus fruantur, cum interim de Christo & salutis mysterijs nihil certi
 habeant. Simul autem Dei bonitas nobis commendatur, qui cum solida Christi & caelestium bonorum
 cognitio per solam fidem apprehendatur, quae spiritu duce & magistro vitur: nostra tamen infirmi-
 tatis rationem habet, & instar praeceptoris aut institutoris indulgentissimi ferè per opera & experi-
 menta externa nos erudit, ut per ea, seu gradus quosdam ad ipsam fidem & certam regni sui & salu-
 tis cognitionem ascendamus. Huic autem Dei institutio sese accommodat electi, dum opera Christi
 observant, ea cum scripturis conferunt, & ita novus quotidie progressus faciunt. Alia est reprobo-
 rum ratio, qui cum caelestia aut negligant omnino, aut corruptis & falsis praevudicijs animos imbutos
 habeant, & verbum quoddam non scriptum somniant, in erroribus & ignorantia sua subinde heret,
 & indies deteriores fiunt.

Postremo non oscit ante transendum est, quid Christus Iesus de seipso cognosci & credi velit.
 Sunt enim bodie, qui cum in Arij & Serueti schola aeternae illius divinitati oblatrare didicerint, in-
 canus & rudioribus mirifice imponunt, dum Christi nomen profitentur, & in hunc se credere dicunt,
 cum interim illum Deum verum & aeternum esse negent. Fatentur ergo illi ea, quae Christus nostra
 salus ergo fecit & passus est, illud verò negant, ex quo eius actiones atq; mors suam habet dignita-
 tem, ut redimendis nobis possint sufficere: deitatem nimirum eius, secundum quam filius Dei ve-
 rus, & hinc coaeternus atq; coessentialis est. Quia enim is est, ideo patri in eo complacuit: ideo eius
 mors, quam in carne assumpta sustinuit, peccata nostra expiavit, & eiusdem resurrectione mortem vin-
 cit, & inferorum portas effringere potuit: ideo ascensione sua nobis caelos aperuit: ideo denique eius
 intercessio apud patrem pondus & auctoritatem habet, ut nobis quoque per ipsum ad thronum gratiae
 accessus pateat. Et hoc quidem non obscure innuit hoc loco, quando ait: *Ve cognoscatis & credatis,*
quod pater in me est, & ego in eo, id est, quod ego & pater unum sumus, eiusdem nimirum essentiae,
virtutis, naturae atq; potestatis. Ideo q; apostoli quoque, non simpliciter illum Christum, id est promissum
humani generis redemptorem, verum etiam filium Dei esse confessi sunt, ut in Petri confessione appa-
ret, quam modo adduximus: & eandem ob causam prophetae & apostoli in asserenda eius deitate tam
diligenter versantur, nimirum quod sine huius certa cognitione fidem in illum & salutis nostrae
rationem consistere nullo modo posse viderent. Neminè ergo Subdole Seruet anorum confessiones fal-
lant, quibus olim Arianos quoque, ecclesiam ludificavisse, ex historijs constat: sed Iesum Christum agnoscere
dicamus, verum & aeternum Dei filium, & unum cum patre esse, qui praesinito tempore in carne ma-
nifestatus, omnia ea obivit, quibus ad humani generis redemptionem opus erat, ihsq; peractis carnem
in caelos subiecit, et ibi cum patre & spiritu sancto vivit & regnat Deus unus benedictus in secula.

Porro videamus, quis disputationis huius tam grauis exitus fuerit, quem euangelista paucis
 verbis describit: Rursus ergo querebant eum prehendere, nimirum ut ex templo protractum lapidi-
 bus obruerent: sed exiit e manu eorum. Ergo iam ipsum quasi tenebant, ut ex eo etiam colligi potest,
 quod questionem hanc proposituri, ipsum vndiq; circumdederunt, ne qua euadere posset. Haec ergo ve-
 ritas est, ut eam aperta vi opprimere studeant impij, quando rationibus & argumentis nihil
 proficiunt. Exprimunt autem illorum ingenium & mores euangelista, quando ait: Rursus querebant
 eum prehendere. Nam contumaces & incurabiles fuisse ostendit, qui etsi hoc ipsum saepe conati,
 semper falsi sint (Deo nimirum eorum conatus frustrante) idem tamè denuo tentare non verentur.
 Est hoc proprium impijs. Quia enim diaboli filij & ministri sunt, eius ingenium referunt, qui etsi nul-
 lis consilijs contra Deum quicquam profici sciat, ab ipsa tamen rerum origine illi resistere nunquam
 desistit. Et hoc ipsum in ijs facit, qui eius ministerio seipso semel addixerunt. Recte ergo Isaias dicebat:
 Non est pax impijs, sed instar maris fremunt, quod nescit quiescere, sed aquae eius limum & lutum
 eieciunt. Itaq; turpiter & misere falluntur, qui sibi ipsos pacem pollicentur in hoc mundo, & ea spe se-
 curiores facti, hostium artes & dolos minus observant. Atramen soletur nos, quod licet canu vel lu-
 perum instar Christum circumdederint, exit tamen ille ex manibus eorum. Ergo non possunt impij

Quid de Chri-
 sto credi debe-
 at.

Exitus disputa-
 tionis inter
 Christum &
 Iudeos.

Isa. 57.

quod volunt, aut quod posse videntur. Nam inuiti licet sub Dei manu sunt, qui furentibus
cultas manicas & pedicas iniicit, quibus constringuntur: sepe etiam aperte iudicia sua pro
bus reluctantes domat atq; coerces. Interdum quoq; ceu coruos hiantes fallit, quando praed
tenere putant, cuius rei exempla in Pharaone ad mare rubrum Israelitis imminente, in Sa
Dauidis persecutore, & Sennacheribo atq; multis alijs scriptura proponunt: quibus profertur
alia huius generis, qua de Christo alibi narrantur, connumerari possunt.

Christus ab in
gratis discedit.

At non è templo modo Christus exit, sed simul ingratam & sanguinaria urbem egressus
Iordanem abijt in eum locū, vbi Ioannes primum baptizauit: quem Berthabaram dicitur
audiuimus. Et secedit quidem Dominus, vt impiorum furori sese subducatur, cum mortis horro
renisset, & vt simul ingratae urbi poenas breui venturas denunciet, fore nimirum, vt Dei
protectione spoliata funditus pereat. In eum verò locum secedit, qui Ioannis praedicationem
erat, & in quo ipse baptizatus & solenni inauguratione manifestatus fuerat: vt primò quidam
locus populū de ijs admoneret, quae illic ex Ioanne audierant: deinde ipse etiam eorum con
tione, qua in suo baptismo fuerant facta, seipsum aduersus mortis breui venturae terrores
ret. Illuc verò multi ad illum confluunt, qui eius doctrina & miraculis excitati, in ipsam
demq; suam publicè fatentur. Ergo Iudaeorum furor & insidia Christo nihil det axerunt, ne
runt obstare, quò minus alibi ecclesiam colligeret, & cum fructu insigni doceret. Est enim
dignissima rerum inuersio, cuius hic euangelista meminit. In templo ambulans Christus
insidiosè circumstant, & occidere conantur. Ad eundem verò in deserto agente multi con
docentem audiunt, & in fide egregios faciunt progressus. Ergo templū & Hierosolyma, qua
sui cultus sedem Deus fecerat, illo tempore latronū spelunca, ecclesiae verò sedes & Domus
desertum, in quod sese Christus recipit. Obseruent exemplum istud, qui hodie ecclesiam & salu
misiones ad locos certos astringunt, & Romam suam hoc nomine praedican, quod vbi
suam primarij apostoli habuerunt. Quod quàm verè dicatur, nunc non opus est excutere, sed
illis demus, nunquam tamen quod volunt, ex eo poterunt colligere: quando Hierosolyma
derunt, quam dignitate, promissionibus & ipsis Deus supra omnes totius orbis ciuitates
lit, & quam ipse Dei filius doctrina & miraculis nobilitauit. Ecclesia igitur est, vbi Chris
cet & regnat: vbi verò huius verbo locus negatur, & illius ouibus insidia struntur, illi
spelunca est, quam pij omnes deuitare debent.

Verè credentiū
officia.

Videamus autē, quid isti fecerint, quorum fidem & studium euangelista cōmendat. Pri
niunt ad Christum, neq; eius ipsos pudet, qui principibus iniūsus erat, & iam ex vrbis tunc
primaria profugus dici poterat. Deinde vbi eius doctrinam audierūt, & miracula viderunt,
eriam quae dudum ex Ioanne audierant animo recolunt, & eum cum Ioanne conferunt, Ioan
gumentis colligunt illum hoc maiorem, & proinde Mesiam esse. Primum est, Ioannes signi
dit nullum. Quae verba eclipsim habent, quae ita sarciri potest: Ioannes quidem magnus & ca
fuit doctor, sed miraculis nullis claruit. At hic doctrinae simul signa coniungit suspenda, et
nemine mortaliū vnquam facta aut antehac visa sunt. Ergo Ioanne & omnibus prophetis
sue oportet. Haec autē dicendo, agnoscunt non sine peculiari Dei consilio factum fuisse, quid
signis omnino nullis per ipsum editis fuerit commendatus. Voluit enim Deus hanc gloriam
reseruare, vt facilius ipsi crederet, qui prius Ioanni nimum fuerant additi. Cum enim Ioan
Mesiam esse putarent, & Christo suam gloriam inuiderent, quid illos facturos fuisse putat
eulis quoq; & signis Ioannes claruisset. Alterum argumentū est: Omnia quaecumq; de hoc
annes, vera erant. Id est, re ipsa videmus impleri, quaecumq; de hoc Iesu Ioannes testatus est.
nam illa sunt? Veni fortior me, cuius corrigiam soluere non sum dignus. Num oportet vt
verò minui: Pater diligit filium, & omnia dedit ei in manum, &c. Haec & alia eius genera
Christo impleri vident, ipsum credunt Mesiam esse, suamq; in hunc fidem palam profertur
nunc demum fructificat verbum Dei apud istos, quod cum ex Ioanne audierant, in progressu
nino perditum videri poterat. Est hoc frequenter, vt qui verbum audiunt, illud primo vt
ligant vel etiam non magni faciunt, tandem verò hoc ipsum in mentem reuocent, & cum
comperta fructus ferant non penitendos. Nec enim vnquam ita perit sententia, quae ad
pione lo

litatem afferat. Debent ergo eiusmodi exempla & ministros verbi confirmare, ut sedulo verbum
pradicent, & omnes alios excitare, ut illud diligenter audiant, nec dubitet fore tempus, quando ma-
gnus eorum usus erit, quæ nunc non vsq; adeo magni momenti esse videntur.

Et hic quidem finis fuit acerrimarum contentionû, quas Iesus Christus Hierosolymis sustinuit
cum hostibus, cum tercio illuc ascendisset, ut circa initiû Cap. 7. audiimus. Voluerunt eius gloriam
adversarij obscurare & obruere. Sed quod ardentius hoc conatur, eo magis illa innotescit & illustra-
tur. Neminem ergo turba huius seculi, & impiorû conatus sanguinarij offendant. Imitemur autem
illos Transiordanicos: & quia Christus nunquã non per verbum simul & efficacè spiritus sui opera-
tionem seipsum & diuinam suam virtutem declarat, & insuper quotidie implentur, quæcumq; olim
propheta de felici regni ipsius propagatione prædixerunt: ipsi quoq; credamus eum esse verum eter-
namq; Dei filium, qui in carne manifestatus nos ex peccatorum laqueis & morte æterna redemerit:
neq; pudeat nos eum publicè profiteri, qui etsi mundo exosus & iniusus sit, ecclesiam tamen suam ser-
uat, & eandem omnibus hostibus suis superiorem facit, olim verò in magno illo die electos omnes ad
se colliget, ut per ipsum acquisito regno æternû fruantur. Illi debetur benedictio, honor, gloria &
& potestas in æternum. Amen.

C A P V T X I .

Agrotabat autem quidam nomine Lazarus, à Bethania, ex uico
Mariæ & Marthæ fororis ipsius. (Mariæ autem ea est, quæ unxit
Dominum unguento, & extersit pedes eius capillis suis: cuius frater
Lazarus agrotabat. Miserunt ergo sorores eius ad eum, dicentes: Do-
mine, ecce is quem amas agrotat. Id autem cum audiisset Iesus, dixit:
Morbus iste non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur fili-
us Dei per eum. Diligebat autem Iesus Martham, & sororem eius &
Lazarum. Ut ergo audiuit quòd agrotaret, tunc quidem mansit duos
dies in eo loco ubi erat.

IOANNES euangelista Iesu Christi historiam in profectioes particit, quibus is ex
Galilea Hierosolymam ascendit. Sunt hæ numero quatuor, quarum tres hucusq; com-
memorauit, quæ omnes eximij factis siue miraculis per ipsum edictis, adhuc multiplici
doctrina insignes fuerunt. In prima enim templum à sordibus & supersticiosa sacrorum nundina-
tione reparauit, ut se promissum illum populi Dei regem & sacerdotè esse ostenderet, & inde Ni-
cedonem colloquio priuato instituit. In secunda ad piscinam probaticam paralyticum quendam mi-
raculo restituit, & inde exorta disputatione docuit, se verum atq; æternû esse Dei filium, qui in se
credente saluos faciat. In tertia eandem disputationem denuo ingressus, non semel suam auctoritate
tem contra aduersarios defendit, & interposita istis disputationibus historia mulieris in adulterio de-
prehenis, & mox secuta cæci nati illuminatione palàm ostendit, se eum esse, qui miseros mortales à
nexusibus peccatorum liberet, & æterna veritatis luce illuminatos per æternæ vitæ semitas deducat.
Sequitur quarta & postrema, in qua humana redemptionis negotium perfecit, cuius ergò in mundû
venerat. In cruce enim mortè subiit, & ex morte resuscitatus peccatum vnâ cum morte & omni ad-
uersaria potestate aboleuit, ne in ipsum credentibus posthac exitio esse possint. Et quia hæc inter eius
actiones omnium præstantissima est, miraculum quoq; ei præmittitur, quo nullum ab illo in terris
agentis præstantius edictum est: Lazari nimirum mortui & iam quartum diem in sepulchro iacentis
resuscitatio. Commodum verò & consulto illud in hoc tempus vsq; distulit, ut iam mortè aditurus,
se mortis & vitæ dominum esse demonstraret, & simul scandalû remoueret, quod ex eius morte igno-
miniosa ad infirmos in fide redire poterat. Quia ergo miraculi istius multiplex usus est, in eius descri-
ptione Ioannes diligenter admodum versatur, & quæcumq; ad eius historiam pertinent ex ordine narrat.

Profectioes
Christi Hieroso-
lymâ quatuor.